



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Petri Ribadeneiræ, Societatis Iesv Presbyteri, De  
Tribulationibus huius seculi Libri Duo**


**Ribadeneyra, Pedro de**


**Coloniae, 1604**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50340)



7. II  
26





R. P. PETRI  
RIBADENEIRÆ,  
SOCIETATIS IESV  
PRESBYTERI,  
DE TRIBVLATIONIBVS  
*huius seculi*

Libri Duo.

IN QVIBVS DE OMNIBVS  
humanæ vitæ miserijs, ac calamitatibus  
agitur: veraque, ad salutare ex ijs, ani-  
mæ fructus, colligendos, re-  
media suggeruntur.

*Lib. Domus Probationis Societ. Iesv p. Bonas*



---

COLONIAE,  
Apud Conradum Butgenium.  
M. DC III.

RIBADELLA

SOCIETATIS

DE

LIBRARIIS

ET

SCRIBARUM

ET

ALII

ET

ALII

ET

ALII

ET

ALII

ET

ALII

ET

ALII

ET

ALII

ET

ALII

AVCTORIS AD CHRIS-  
TIANVM LECTOREM,

PRAEFATIO.

**D**uo potissimum sunt, A-  
mice Lector, quæ me ad  
scribendum de TRIBV-  
LATIONIBVS in-  
duxerunt. Vnum est, multitudo ea-  
rundem, quam videmus & sustine-  
nemus hoc calamitoso tempore,  
tam quilibet pro se particulariter in  
ædibus suis, quàm omnes in cõmu-  
ni. Alterum quod alibi etiam anno-  
taui, quia pauci reperiuntur, qui sci-  
ant profectum facere ex illa disper-  
satione, quam Deus erga nos exer-  
cet: vnde fit, vt maxima pars Christi-  
anorum huius rei defectu amittat di-  
tissimum bonorum inestimabilium  
thesaurum, quem lucrari sibi possent  
singuli, si nossent ex amara poenarũ,  
quas sustinent, radice, trahere dulce  
suae correctionis & emendationis  
fructum.

Tribulatio quidem per se acerba  
& ma-

\* 2

& ma-



PRAEFATIO.

*Judic. 14.*

*Exod. 14.*

& mala digestionis est; sed gratia Dei eam dulcem & grati reddit saporis. Reperitur saepe fauus mellis in ore mortui Leonis; & Aegyptij qui viuentes Israëlem tremere & obstupescere faciebāt, submersi & mortui, occasionem laudandi Deum, & sese exhilarandi eidem praeberunt. Deus magis apparere facit infinitam suam potestatem, immittendo nobis tribulationes, in ijs que nos consolando, quam si in perpetua prosperitate & pace nos conservaret. Quia, uti per optimè inquit Eusebius Emisenus, magnum quidem est miraculum, quòd domo interdum cadente, is qui in ea erat nullum accipiat damnum, quasi integra & stabilis permāsisset: Maius adhuc miraculum quod malo concisso, velis disruptis, gubernaculo quassato, navis integra & incorrupta euadat è fluctibus & tēpestatibus maris, quasi semper in securitatis portu perstitisset. Super omnia adhuc mirum, aliquem in medio flammaram positum non comburi, & alium quasi canum

P R A E F A T I O.

canum blanditias experiri in antro Leonum, quasi ille in ignem non esset proiectus, neque hic ad lacum quidem descendisset. Tribulatio igitur erit nobis causa laudandi & glorificandi Deum, & stimulus ut ad virtutem accendamus, in eaque progressum faciamus. Quia, ut inquit S. Greg. caro se nutrit & conseruat rebus molli- bus & delicatis, anima duris & asperis; caro se exhilarat voluptatibus, anima sustentat se austeritatibus; vna se pascit gustu rerum delicatarum, alia se fortio- rem & nervosio- rem reddit per res amaras. Et quemadmodum res duræ carnem affligunt, sic molles Spiritum opprimunt: ac id quod paucos dies carnem facit vivere, in æternum animam occidit. Gaudium alterius vitæ, ut idem ait S. Gregorius, non scimus colligere, quod non in hac per patientiam se- minauimus.

Li. 10. Mor.  
cap. 12.

Omnia quæ homini seruiunt, debent ut ipsi profint, sustinere plurimas & diuersas, veluti tribulationes & torturas. Ager diffinditur,  
\* 3                      coli-

PRAEFATIO.

colitur & occatur, vt frumentum afferat: granum frumenti iam collectum, antequam homini ad nutriendum seruiat, debet euannari, cōteri, & excoqui: vinum torculari exprimitur: lana & linum infinita patiuntur quasi tormenta; Et quidni etiam homo expurgetur veluti aurū, perfectusque per tribulationes reddatur? Certè cū quælibet ars suas habeat regulas & mensuras, ad exigenda & procudenda sua opera; vera libra ad examinandum opera Christiani, & recognoscendum, quemadmodum in virtute profecerit, patientia est & constantia, quam demōstret in aduersitatibus & ærumnis quas patitur. Et velut aurum in fornace probatur, sic, inquit S. Iacobus Apostolus, *patiētia opus perfectum habet.* Quare idem Apostolus nos exhortatur, vt omne gaudium existimemus, cū in tentationes varias inciderimus. Illud igitur diuinę gratiæ fauore procurandum nobis, ne scilicet frustremur maximorum bonorum & meritorum thesauro, quem tribu-

PRÆFATIO.

tribulationis medio nobis acquire-  
re possumus. Atque is scopus est ad  
quem hoc opus tendit; in hunc finē  
placuit hunc tractatum cōscribere,  
vt considerantes miseras nostras,  
sanemur per amaras medicinas, no-  
strasque emendantes noxas, obtine-  
amus à Deo, vt diuinæ suę placeat  
voluntati, manum retrahere, qua  
iustè nos affligit & punit. In eius ita-  
que nomine incipiamus, atque  
boni ordinis causa, primo lo-  
co, quid sit ipsa Tribula-  
tio, ostendamus.

(\*) (\*)  
(\*)



\*

4

ELEN-

ELENCHVS CAPI-  
TVM LIBRI PRIMI.  
IN QVO DE TRIBVLATIO-  
nibus particularibus, earumdemq;  
veris remedijs agitur.

- C**APVT I. Quid sit tribulatio, & quo-  
modo diuidatur in temporaneam  
& eternam folio. 1.
- II. De multitudine & diuerfitate miseria-  
rum, quas homo sustinet in hac vita. 4.
- III. Quòd Deus auctor sit Tribulationum  
quas homo sustinet, & vtatur creaturis  
ad affligendum. 11.
- IV. Quòd aliter Deus, aliter creatura sit tri-  
bulationis causa. 17.
- V. Quare Deus nobis tribulationes immittat.  
22.
- VI. De effectibus quos tribulatio operatur in  
bonis. 28
- VII. Quòd tribulatio nos purget à peccatis. 32
- VIII. Qualiter tribulatio nos illuminet. 44.
- IX. Quomodo tribulatio nos reddat perfe-  
ctos. 52.
- X. De effectibus quos tribulatio operatur in  
malis. 61.
- XI. De remedijs quæ impij arripiunt, ad ef-  
fugiendam tribulationem. 69.
- XII. De remedijs tribulationis tempore no-  
bis necessarijs. 86.
- XIII.

INDEX.

- XIII. De alijs quibusdam medijs in tribulatione necessarijs. 93.
- XIV. Quare ratione voluntatem nostram bene placito Dei conformare debeamus. 103.
- XV. Quomodo homo mereri possit apud Deum per tribulationes contra voluntatem superuenientes. 111.
- XVI. De remedijs particularibus, quibus in tribulationibus particularibus utendum est. 115.
- XVII. Quid agendum sit, si in infirmitate aliqua vel amicorū morte affligamur. 124.
- XVIII. Quare ratione consolari se debeant coniuges nullas proles habentes. 134.
- XIX. De alijs quibusdam molestijs, quas coniugati patiuntur. 143.
- XX. De reliquis coniugatorum tribulationibus, & quomodo in iisdem consolari se debeant. 159.
- XXI. Quomodo consolari se debeant Spirituales, consolationibus Spiritualibus destituti. 167.
- XXII. Quod omnis nostra fiducia collocari debeat in meritis Christi, & qualem hac consideratio nobis suppeditet consolationem. 179.
- XXIII. Adferuntur quedam sententię Senecę, de sufferendis huius vitę calamitatibus. 191.
- XXIV. Cur Deus impijs prospera, bonis autem

INDEX.

- tem aduersa in hac vita largiatur. 203.  
XXI. Cur Deus bonis temporalia bona concedat. 214.  
XXVI. Cur Deus bonum & malum tribuat illis, qui nec bene nec male agunt. 219.

LIBRI SECVNDI.

In quo de Tribulationibus generalibus, & earundem remedijs agitur.

- C**APVT I. De tribulationibus generalibus quibus Deus mundum affligere solet. 227.  
II. Quòd Deus peccatum vnum per alia subinde peccata puniat, magnisque mundum hunc scandalis affligat. 236.  
III. Quòd homo secreta Dei iudicia nec iudicare, nec propter illa scandalizari debeat. 241.  
IV. Quare Deus peccata quadam per alia puniat, & quàm punitio hæc grauis sit. 252.  
V. Cur Deus hereses toleret, & qua ratione illarum medio potentiam suam reuelet. 257.  
VI. Quomodo regnante heresi sapientia Dei reueletur. 263.  
VII. Quòd regnante heresi potissimum sese ostendat ac manifestet bonitas Dei. 275.  
VIII.

INDEX.

- VIII. Quomodo regnante heresi nos gerere  
debeamus. 270.
- IX. Cur quandoque Deus hereticos & infi-  
deles florere ac prosperari, Catholicos verò  
affligi permittat 290.
- X. Qualia peccata Deus aduersitatibus &  
successionibus minus prosperis puniat,  
& cur illa per alios peccatores maioribus  
delictis obnoxios, castiget. 302.
- XI. De alijs quibusdam } causis propter  
quas Deus Catholicos & Fideles punire  
solet. 310
- XII. Quantam misericordiam Deus illis præ-  
stet, qui ipsius causa in conflictu moriun-  
tur. 317.
- XIII. Quòd Deus Hereticorum & infideli-  
um punitionem quandoque intermittat ac  
protrahat, eò quòd ultionis tempus nondum  
aduenerit. 322.
- XIV. Qualiter in similibus casibus nos habere  
debeamus. 33 .
- XV. Quòd Deus aliquandò permittat, ut ho-  
mines, quos Sanctos opinabamur, deci-  
pantur, & ipsi vicissim alios decipiant.  
342.
- XVI. Quòd nec certi quicquam in hoc  
mundo sit, nec supradictis, alijsque  
similibus casibus scandalizari debeamus.  
352.
- \* 6
- XVII.



I N D E X.

- XVII. Cur Deus supradictas, vel similes fallacias, & fraudulētas seductiones permittat. 360
- XVIII. Quid nobis faciendum sit, dum similes tribulationes Deus permiserit. 368.
- XIX. Quid agere debeant hi, quos Deus in Ecclesia sua constituit, ad indagandam istorum, vel similium casuū veritatē. 376.
- XX. Quid potissimum in illis notandum & observandum sit, qui se prophetas iactant. 387.
- XXI. Conclusio totius opusculi, siue tractatus de tribulatione, in quo de immenso Dei erga nos amore, & nostra erga ipsum ingratitude agitur, pariterque ad pœnitentiam incitatur. 395.

F I N I S.



R. P. PETRI  
RIBADENEIRAE

SOCIETATIS IESV,

DE TRIBVLATIONE,

Liber Primus.

IN QVO DE TRIBVLA-  
tionibus particularibus, earundem-  
que veris remedijs agitur.

CAPVT I.

QVID SIT TRIBVLATIO, ET  
quomodo diuidatur in temporaneam  
& eternam.



VILIBET sensuum  
corporalium & potenti-  
arum animæ nostræ de-  
lectatur in obiecto sibi  
proprio & proportiona-  
to, contristaturq; cū ob-  
uiam habet rem aliquam sibi cōtrariam  
& inconuenientem. Nam sicut oculus  
in rebus speciosis, auris in dulci harmo-  
nia Musicę, gustus in delicatis pulpamē-  
tis, & in suauibus odoremētis odoratus  
A natu-

## 2 DE TRIBVLATIONE

naturaliter recreatur: ita contra quivis istorum sensuum displicentiam & dolorem quēdam percipit, quando hoc quod presentatur visui, est deforme, quod gustatur, malē conditum, & odoratur aliquid fætidum & iniucūdum. eadem plane ratio est sensuum, & potestatum reliquarum interiorum & exteriorum. Pœna vel afflictio quam percipiunt ex obiecto sibi contrario, seu ex defectu vel desiderio istius quod foret ipsis proprium & magis conueniens, propriē appellatur Tribulatio, nomen deductum à latino (Tribulus) quod est genus cardui, aliās murex dictum. Deriuant aliqui nomen Tribulationis ex latino (Tribula) quod traham significat, instrumentum quo agriculæ vtuntur ad segregandum triticū à palea. Quemadmodum enim traha primò spicas rumpit, deinde paleam separat, vt granum purum & nitidum appareat: sic etiam tribulatio nos affligens & cruciās domat, humiliat, & separare granum à palea, segregare preciosum à vili docet, donatq; lumen ad cognoscendū omne quod descēdit de cælo in terrā, omne q; ducit ad Deū, vel abducit ab illo.

Sciendum igitur est, duo esse pœnarū & tribulationū genera, quæ afflixerūt & affligunt Adami filios, post peccatum  
primi

primi parētis; tēporale vnū, cessaturum  
 cū hac vita; æternale alterum duraturū,  
 cum ipso Deo. Vnde dicit Ecclesiasticus:  
*Quasi romphæa bis acuta omnis iniquitas, pla-*  
*ga illius non est sanitas.* propterea, quia  
 obligat ad pœnam temporaneam & æ- Cap. 21.  
 ternam, neque sanari potest nostris, nec  
 ullis naturæ viribus, nisi Deus per meri-  
 ta pretiosi sanguinis dilectissimi filii sui  
 Domini ac Redēptoris nostri succurrat.  
 Et paulò post: *Via peccantiū cōplātata lapi-*  
*dibus, & in fine illorū inferi, & tenebræ, &*  
*pœna.* Dicendo namq; viam illorum sa- Cap. 1.  
 xosam, ostendit in quantis pœnis & ærū-  
 nis peccatores ambulent in hoc mundo,  
 adiungendo verò finem illos mentē  
 esse infernū plenum pœnis ac tenebris,  
 docet tribulationes eorum non finiedas  
 cum hac vita. Alludit quoque ad hoc  
 Propheta Nahum, cum ait: *Quid cogitatis*  
*contra Dominum? consummationem ipse fa-*  
*ciet, non cōsurget duplex tribulatio:* quasi  
 diceret; tēporalis breuisq; huius vitæ tri-  
 bulationis medio homines sic purgabū-  
 tur, vt nō incurrant sempiternā, neq; ca- Cap. 7.  
 dāt de tribulatiōe in tribulationē. Adhęc  
 S. Iob pollicetur q̄ Deus sit nos liberaturus  
 p̄ sex tribulationes, cōprehēdētes in  
 se oēs huius vitæ misérias, ne septima,  
 quæ est æterna, nos tangat, aut malum  
 aliquod nobis superueniat. A 2 Non

#### 4 DE TRIBVLATIONE

Non intendo hîc loqui nec agere de pœnis & tribulationibus quas peccatores patiuntur in inferno, eò quòd nullū aduersus eas sit remedium, leuamen, aut consolatio: sunt enim adeò horribiles & stupendæ, vt ab humano intellectu ne comprehendi quidem, multò minus lingua aliqua exprimi possint. animus mihi solū est locui aliquantulum de angustijs & molestijs, quibus miserabilis hæc vita perfusa est, deq; fructu colligendo, nostro in hac lachrymarum valle existēte exilio. Cū enim nos necessariò gustare oporteat, nec quisquam ab iisdem eximi possit, expediret inuenire modū, quo ita eas deuoremus, vt non solū amaritudo nobis non noceat, aut nausēa pariat tanquam cibi malè conditi, sed vt amarum etiam dulce, & frigidum calidum arbitremur.

#### CAPVT II.

#### DE MVLTITVDINE ET DIVERSITATE miseriarum quas homo sustinet in hac vita.

Cap. 40.

**Q**uis ergo dicturus de pœnis & tribulationibus præsentis vitæ, poterit dicere numerum, aut recensere diuersitatem? Spiritus S. apud Ecclesiasticum inquit

## LIBER PRIMVS. 5.

inquit: *Occupatio magna creata est omni us hominibus, & iugum graue super filios Adā, à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturae, in matrem omnium. Cogitationes eorum, & timores cordis, ad inuentio expectationis, & dies finitionis: residentes super sedem gloriosam, vsque ad humilitatum in terra & cinere: ab eo qui utitur hyacintho, & portat coronam, vsque ad eum, quā operitur lino crudo. Quis enumerare poterit omnia genera calamitatum quae oppugnant & affligunt hominem? Quam sunt acerbi dolores, quam terribilia tormenta, quam variae & ipsis penè Medicis incognitae eorum infirmitates? Quantae difficultates remediorum, facientium tamen subinde poenam maiorem infirmitatibus? Quid de fame, de siti, cibis amaris, periculosis poculis, perniciosis odoribus, sermonibus contumeliosis, & inutilibus nouitatibus, quid de eo quod videt contra voluntatem, quid de eo quod videre non potest, cum tamen desideret, dicam? Quid proferam de passionibus inordinatis, fulmineis tempestatibus, cor submergentibus? quid de amore caeco, de crudeli odio, vana alacritate, tristitia sine fundamento, fallaci spe, furiosa ira, desiderijs insatiabilibus, diuersis conatibus, & varijs dissertationibus? Quid de recor*

## 6 DE TRIBVLATIONE

datione istius quod obliuisci, & obliuio-  
ne illius quod recordari volebamus?  
quid de falsis suspicionibus, diffidentijs,  
& zelotypijs inter maritos accidentibus,  
de desiderio habendi proles si non habe-  
ant, de cura & pœna quæ premit habent-  
es, de timore perdendi, de dolore & plā-  
ctu de perditis si erant bonæ, de querelis  
denique & lachrymis parentum si vi-  
deant filios malè conditionatos? Quot  
sunt foeminæ quæ parturientes propria  
morte emunt vitam suis infantibus? quot  
millia hominum pereunt in mari? quot  
moriuntur in bello? quot auferuntur pe-  
stilentia, terræ motu, euersione & lapsa  
ædium, inundatione fluuiorum, puncti-  
onibus & insidijs animalium virulento-  
rum? Sunt quæ solo intuitu suo ho-  
mines occidunt. Inuentus est homo  
qui moriendo tradidit & eiecit serpen-  
tes per omnes sui corporis partes. Nec  
solum bestia syluestres & venenatæ  
hominem persequuntur, verumetiam  
omnium minime & maximè imbecil-  
les eidem bellum indicunt, & infinitam  
causant ægrimoniam. Non sunt vsque  
ad culices quæ non inquietent & som-  
num interrumpant: ita vt creaturæ om-  
nes à Deo ad seruitium hominis creatæ  
coniurasse contra illum & plus detri-  
menti

*Plin. lib.  
cap. 51*

menti quàm commodi inferre, & dominari potius, quàm eidem seruire videantur. Nemo à miserijs & calamitatibus istis exemptus est, siue magnus sit, siue parvus, diues an pauper, à residentibus enim super sedem gloriosam & coronam portantibus vsque ad humiliatum in terra & cinere & coopertum lino crudo, omnes miserijs prædictis subiecti sunt: & quod pessimum est omnium, homo qui defensor & protector esse debebat sui similibus, oppugnat eos crudelius omnibus alijs creaturis. Quot iniurias, imposturas, calumnias, & mortis genera homines inuicem patiuntur? Terra, mare, ipsaque loca publica excursoribus, prædonibus & latronibus infesta sunt, & quasi ad trucidandum hominem instrumenta deessent, indies noua, ingeniosa quadam crudelitate, tormenta excogitantur. Et licet cælum & terra atque omnes aliæ creaturæ hominibus fauerent, sibi inuicem tamen manus inferrent: in tantas enim incidimus calamitates, vt non tantum peregrini ac barbari, sed propinqui, imò ipsi etiam filij parentum, parentes vicissim filiorum suorum sanguine manus contaminare non vereantur.



§ DE TRIBVLATIONE

Lib. 2. offic.

Fuisse quondam, refert Cicero, Philosophum nomine Dicearcum, qui conscripsit librum continentem causas mortalitatis ad suum vsq; tempus cognitās. Hic postquam protulisset infinita hominum millia quæ fame, siti, igne, peste, aquarum inundatione, & ferarum crudelitate, alijsq; diuersis casibus interierant, tandem subiunxit numerum vi & malitia aliorum hominum interfectorum sine vlla comparatione maiorem. Nec mirum, si verum esse credatur quod scribit

Plin. lib. 7.

cap. 25.

Philosophus, cum legamus in conflictibus à Iulio Cæsare clemente aliàs & benigno Imperatore commissis, vltra vndecies cetera millia hominum occubuisse. Quos non trucidasset hic Imperator si crudelitatem exercuisset, si humanus & mitis tantum sanguinis effudit? Rectè ergo vulgare dicit prouerbiū:

Matth. 10.

Homo homini lupus. Et dominus ad discipulos suos. *Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum*. Et alibi Deus ad Ezechielem Prophetam: *Tu ergo fili hominis ne timeas eos, neque sermones eorum metuas.*

Cap. 2.

*quoniam increduli & subuersores sunt tecū, & cum scorpionibus habitas.* S. item Iob inquit: *Frater fui draconum, & socius struthionum.*

Cap. 30.

Adhæc prolixè satis ostendit. D. Chryso-

sto-

## LIBER PRIMVS. 9

Iostomus cor hominis inops gratia Dei,  
 esse atrocem, crudelem & venenatam  
 mūdi bestiā, omnesq; pariter appetitus  
 immoderatos in eo includi & contineri.  
 Idē nobis Spiritus S. insinuare videtur cū  
 ait: *Cōmorari leoni & draconi placebit, quā  
 habitare cum muliere nequam.* Et Seneca: *Eccle 25.  
 Epist. 103.*  
 Ab homine inquit homini quotidiz nū  
 periculum, aduersus hoc te expedi, hoc  
 intentis oculis intuere. Nullum enim  
 malum frequentius, nullum pertinacius,  
 nullum blādus. Tempestas minatur an-  
 tequam surgat, crepant ædificia antequā  
 corruant: prænuntiat fumus incendium.  
 Subita est ex homine perniciēs: & eò di-  
 ligentius tegitur, quò propius accedit.  
 Erras si istorum quæ tibi occurrunt vul-  
 tibus credis, hominum effigies habent,  
 animos ferarum. Nec tamen hæc sum-  
 ma aut finis malorum, quia non cessat  
 Diabolus persequi & affligere nos: quas  
 enim & quantas ab eo calamitates &  
 miseras B. Iob perpeffus sit, apertè scri-  
 ptura demonstrat, dum ait. *Nuntius venit Iob. 1.  
 ad Iob qui diceret. Boues arabant & asine  
 pascebantur iuxta eos: & irruerunt Sabæi,  
 tulerunt que omnia, & pueros percusserunt  
 gladio, & quæ sequuntur. Et post pauca. Cap. 2.  
 Egressus Sathan à facie Domini, percussit Iob  
 ulcere pessimo, à planta pedis vsque ad ver-  
 ticem.*

## 10 DE TRIBVLATIONE

*ticem eius: qui testa saniem radebat, sedens  
 in sterquilino. Exēpla similia multa sunt,  
 inter quæ illud maxime horribile, q̄ de  
 Sara Raguelis filia legitur. Hæc enim (vt  
 Tob. 3. 6. 7. sacræ attestantur literæ) tradita fuerat se-  
 ptem viris, & demonium nomine Asmode-  
 us occiderat eos, mox vt ingressi fuissent ad  
 eā. Præterea sancti Angeli ministri sūt &  
 executores iustitiæ Dei cōtra nos, quæ ad  
 modū Sodomæ & Gomorrhæ aliarumq̄  
 vrbiū igne cælesti consumptarū declarat  
 excidiū. Et in libris Regū legitur: Factū est  
 in nocte illa, venit Angelus Domini, & per-  
 cussit incastris Asyriorū centum octoginta  
 quinque millia. Dauid etiā Rex vidit An-  
 gelum cædentē populū, & mortui sunt ex  
 populo à Dan vsque ad Bersabee septuaginta  
 millia virorum. Quinetiam ipse Deus ar-  
 matur, & in surgit contra nos, Creator  
 contra creaturas, sicut pulchrè B. Iob o-  
 stendit, dicens: Cur faciem tuam abscondis,  
 & arbitraris me inimicum tuum? Nec mi-  
 rum si tot tantisque hostibus oppugne-  
 tur homo, cum sui ipsius inimicus sit cru-  
 delissimus, infinitis & importunis sese  
 curis onerans ac perturbans. Vnde D.  
 Iob: Quare, inquit, posuisti me cōtrarium ti-  
 bi, & factus sum mihi metipso grauis. Quo  
 certè nihil aliud indicatur, quàm inueni-  
 ri quosdam malè sibi consulentes, qui se  
 ipsos*

ipſos inter ſcientes exiſtimant morte miſerias & calamitates huius vitæ finiri. Deſinamus igitur mirari hominem inter cognatos & parentes non eſſe ſecurum, qui à ſeipſo tam parum tutus eſt. Quapropter ſi cælum & terra, ſi aqua & ignis, ſi elementa & creaturæ omnes, ſi Angeli & Dæmones, ſi Deus etiam alioquin infinite bonus homini aduerſatur, & affligendo eum contriſtat, ſi homo denique ipſe ſui ſimilibus crudelis, adeoque ſibiipſi infeſtus eſt, neceſſarium erit vt patienter pœnas, & tribulationes perferamus, quando inter tot tamque potentes inimicos, planè debiles, inermes & omni auxilio deſtituti exiſtimus.

## CAPVT III.

*QVOD DEVS AVTHOR SIT TRIBV-  
lationum quas homo ſuſtinet, & vtatur  
creaturis ad affligendum.*

**P**ostquã moleſtijs vndiq; cincti & circumdati ſumus, nec quisq; quoad viuit ab iſſdẽ liberari poteſt; vtile erit p̄uidere quo remedio vtendũ, quodũcõ ſiliũ capiendũ ſit, quãdo torrētis inſtar tribulationũ p̄cellæ exurgēt ſu p̄ nos & exũdabũt. Considerãdũ itaq; nobis eſt, vnde procedãt, q̄s author, & quæ cauſa tribulationũ ſit, vt originẽ illarũ agnoſcentes, facilius ijs occurrere & mederi poſſimus.

A G Deus

12 DE TRIBVLATIONE

Deus ac Dominus noster prima & vni-  
 uersalis causa est omnium rerum: & si-  
 cut suum esse recipiunt à Deo, sine quo  
 in momento ad nihilum rediguntur; ita  
 quoq; esse illud, quod receperunt ex vo-  
 luntate ipsius tanquam radius ex Sole, &  
 aqua ex fonte dependet: & sicuti radius  
 nullus apparet, si sol nō luceat, nec aqua,  
 si fons obstruatur: sic etiam creatura nul-  
 la subsistere potest, si Deus potētem ma-  
 num suam, quā cuncta gubernat & con-  
 seruat, aliquantulum retrahat. Quod de  
 esse vel natura dicimus, idē omninō  
 de operibus creaturarum intelligendū  
 est. Quemadmodū enim creatura du-  
 rare nequit, si ipsi suum esse denegetur;  
 ita & opera exercere & functiones suas  
 exequi non potest, nisi Deus operetur cū  
 illa, viresque ad operandum suppetat,  
 quia causæ quas appellant secundas ita  
 sibi inuicem coherant, adeoque primæ  
 subiectæ sunt, vt nulla penitus subsistat  
 & se moueat sine virtute primæ, quæ mo-  
 uet reliquas, & potestatem seu medium  
 peragēdi munera tribuit, operatur in &  
 cū illis, cū tanta tamq; mirabili efficacia  
 ac perfectione, vt omnes effectus causa-  
 rum secundarum magis primæ quam i-  
 psarum proprii reputandi sint. Vt quan-  
 do Sol nos illuminat, ignis calefacit, ci-  
 bus;

bus nutrit, licet effectus isti propriè attri-  
buantur causis particularibus, Deum ta-  
men potius & magis propriè nos illumi-  
nare, calefacere, & nutrire dicimus, quàm  
creaturas, quibus talis virtus data est.  
Nam vii esse, vita, & motus humani cor-  
poris omninò dependent ab anima, sine  
qua vitæ & motus expers, nullam ope-  
randi potentiam habet: ita esse, vita, &  
effectus omnium creaturarum propriè  
Deo ascribèdi sunt, tanquam primæ &  
principali causæ, præsertim cum mouè-  
di agendiue virtus, quam habent, non sit  
ex proprio incremento: neque enim mo-  
uere se, nec quicquam agere possent, nisi  
Deus assisteret illis, & tanquam instru-  
mētis quibusdam ad operandum neces-  
sarijs vteretur. Quia quemadmodum nō  
penicillum, sed pictorem imaginem pin-  
xisse, nec calamum, sed scribam episto-  
lam exarasse dicimus: sic etiam effectus  
ad creaturas nō quasi ad principales cau-  
sas, sed veluti ad instrumenta primæ &  
supremæ causæ, diuinæ scilicet volunta-  
tis, referre debemus. Pulchra & perutilis  
est hæc consideratio, per quam Deum in  
creaturis suis recognoscētes, & coram i-  
pso perfectè ambulamus, & accidentia  
diuersa de manu illius gratanter suscipi-  
mus, siue bona illa sint, siue mala.

A 7:

His,

His intellectis, sequitur alia non minoris utilitatis & cōsolationis doctrina, videlicet Deum primam & principalem esse causam omniū tribulationum quas sustinemus, quandoquidem ad correctionem nostram instar flagelli cuiusdam utitur creaturis minimis & abiectissimis, quæ tanquam boni milites Regi suo obtemperantes, mandata & iussa illius fidelissimè exequuntur: pugnabit enim Deus aduersus hominem in die vniuersalis iudicij, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Igitur ad illum usque diem velitationes varias experimur in mundo, secundum vsum belli. fames enim & pestis, belli tumultus & terræmotus, venti similiter & tempestates, aliaque innumera angustant hominem, & nisi fræna Deus ipsis iniiceret, penitus in illum irruerent, ac trucidarent: sed diuina clementia nos percuti quidem & affligi, occidi verò non permittit, vt sit leuis aliqua concertatio, nō autem pugna vel prælium ordinatum. quod se à Principe Apostolorum Petro didicisse testatur Clemens. Neque idcirco existimandum Deum creaturarum opera indigere, vt nos castiget ac corrigat, quia affligere magis non potest, quam si auersus nos

disso-

*Sapient. 5.*

*Lib. 5. suarū  
recog.*

desolatos relinquat; vtitur tamē creaturis subinde fragilioribus, vt Dominum ipsum agnoscamus vniuersorum, qui per infirmas etiam & abiectissimas bestiolas, iustitiā suā exequitur, & iniuriā vindicat.

Fuerunt, si fides est scriptoribus, non homines solū plebei & sortis vilioris, verū etiam Reges & Monarchæ potētes, quos pediculi, vermes, & mures, viuos corroserunt ac deuorârunt. Ciniphes & ranæ, locustæ item & muscæ afflixaerunt & deuastauerunt vniuersam terram Aegypti. Misit etiam Deus antecessores exercitus sui vespas, & exterminauit omnes inhabitātes terrā Chanaan. Mures iniuriā Arcæ Dei illatā vlciscentes, insurrexerūt cōtra Philisthym, & Hattonem Archiepiscopum Moguntinum ob crudelitātē in pauperes, & Pompael quendam Poloniae Regem, quod nepotes curæ & fidei suæ cōmissos veneno necasset, vna cū vxore sceleris particeps, crudelissimē interfectos deuorârūt. Cuniculos Hispaniæ, talpas Macedoniæ oppidū penitus euertisse author est Plinius. Et quid multa? Cū Sapore Rex Persarū Nisibis urbē obsidione grauissima coāgustaret, Iacobus eiusdē Episcopus humiliter diuinū deprecabatur auxiliū, & cōtinuò ingētia ciniphū & culicū examina instar nubiū, Per-

larum

Exod 8. 10.

Sap. 12. 1

1. Reg. 5.

Geneb. in Chronag.

anno 970.

Plin. lib. 8. cap. 29.

Theod. Hist. lib. 2. cap. 30.



farum copijs circumfunduntur: atque tum elephantorum proboscides, tum equorum aliorumque iumentorum aures ac nares inuaserunt, adeoque moribus suis bestias irritauerunt, vt quasi furijs exagitatae fræna rumperent, sessorum excuterent, aciem disturbarent, ac relicto tandem exercitu fugerent. Igitur Rex necessitate coactus receptui canere, & copias ab vrbe discedere furibundus iubet.

*Baron. in  
martyr. 18.  
Mart.*

Aliud simile in Hispania accidisse refert Baronius. Nam Gerunda ciuitate à Carolo Siciliae & Philippo Francorum Regibus intercepta, cum milites (vt est id genus hominum sceleratissimum) inter cætera facinora nec à reliquijs abstinentes, sepulchrum S. Narcisci violare attentarent, illicò maxima muscarum multitudo ex eodem egressa, in exercitum infesto agmine irruit, ingenti que clade affectum in fugam conuertit, & à cœptis penitus desistere coëgit, quare in hunc vsque diem (Musca S. Narcissi) Hispanis prouerbiùm est. Innumera penè huiusmodi exempla in historijs & gestis Sæctorum leguntur, quibus manifestè declaratur, Deum esse vnicum & supremum Dominum & Rectorem vniuersorum, qui hominem diuersimodè affligendo etiam creaturarum maximè debilium ministe-

ministerio vtitur, ad ostendendam diuina potentia virtutem.

## CAPVT IV.

*QVOD ALITER DEVS, ALITER creatura sit tribulationis causa.*

**D**iligenter aduertendum est, hominem dupliciter à creaturis cruciari. Aliquando enim non tam creaturæ, quàm Deus, aliquando verò creaturæ propriè causant tribulationem: nam licet Deus creaturis affligentibus coope- retur, non tamen omnibus eodem modo. Quamobrem cum perspicuum sit, si nauis tempestate euerfa pereat, si diluuium terræ partem absumat, si pestis regiones deuastet, & ignis domos incendat, in his alijsque similibus casibus, creaturas non esse culpandas, tum quod peccati capaces non sunt, tum etiam quia naturæ instinctu, & Dei voluntatē sequuntur: merito tales creaturarum effectus Deo propriè attribuuntur, quandoquidem omne esse, omnisque virtus & fortitudo earum ab illo dependet, vti declarauimus.

Neque tamen idcirco putandum, creaturas prorsus immunes esse à culpa, quia tribulationes sunt, quarum causæ in Deum  
cades-

- cadere non possunt. Nam si quispiam citra rationem & iustitiam proximum calumniatur, persequatur, vel occidat, manifestum est, Deum non esse authorem istius mali, sed creaturam quæ perpetrat, eò quod peccatum sit & transgressio legis diuinæ: quia sicut igni frigus, & luci tenebræ: ita naturæ Dei repugnat & aduersatur peccatum. Deus *fidelis permanet, & negare seipsum non potest*, inquit D. Paulus. Si negaret, destrueret ordinem iustitiæ, & faceret rem contrariam bonitati suæ, essetq; author alicuius peccati, quod si author esset, talis actus non censeretur peccatum, nec puniret pœnis inferni: at cum puniat, demonstrat actum istum sibi displicere. Vnde ait Propheta: *Mundi sunt oculi tui, ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris*, quasi diceret, detestaris & ferre non potes peccata.
- 2. Timot. 2.* Et Psalmista: *Mane astabo tibi & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.*
- Abacuc. 1.* Et iterum: *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem.* Iterum Salomon inquit: *Abominatio est Domino via impij: qui sequitur iustitiam, diligitur ab eo.* Et alio in loco Scriptura: *Similiter autem odio sunt Deo, impius & impietas eius.* Et alibi: *Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit spatium peccandi, non enim concupiscit multitudinem*
- Psal. 5.*
- Psal. 44.*
- Prover. 15.*
- Sap. 14.*
- Ecclesi. 15.*

*audinem filiorum infidelium & inutilium.*

Omnia sanctorum Patrum volumina, talibus sententijs ac testimonijs referta sunt, nec aliud docere conantur, quàm qua ratione Deus peccatum & peccatorem detestetur. Verùm quia hominem liberum creauit, relinquens eum in manu sui consilij, & prouidentia diuina requirit conseruationem rerum à se creatarum, ideò assistit cuilibet earum secundum naturæ exigentiam: concurrit etiam cum homine libero, relinquendo ipsi libertatem agendi quæ vult, & permittendo eum labi in peccatum per voluntatem peruersam; non quod peccatis delectetur, sed vt homo voluntatem & naturam suam immunem ac liberam retineat, cum qua creatus est. quare esse vnum ex maximis & mirabilibus Dei operibus, quod conseruet hominis naturam in sua libertate, asserit Clemens Alexandrinus.

*Lib. 1. de pedagog. c. 12.*

Notandum tamen peccatum ab homine committi solitum, duo continere; motum scilicet, siue actum naturalem, & confusionem interuenientem. Prioris causa Deus est, posterioris homo, exempli gratia:

Homo quidam ira & furore plenus occidit alterum, vt occideret, necessariū fuit  
arri-

arri-

## 20 DE TRIBVLATIONE

arripere gladium, euaginatam leuare, dare ictum, & vulnerando interimere. Iam si confusione voluntatis hominis prætermiffa, motus & actus illos in se consideremus, apparebit sane illorum, sicut & actionum creaturarum irrationalium, authorem esse Deum. quemadmodum enim illæ nihil absque Dei auxilio faciunt, ita nec mouere se, nec operari quicquam homo potest sine permissione illius & gratia. Hinc S. Paulus dicit: *In ipso uiuimus, & mouemur, & sumus.*

*Act. 17.*

Præterea actus isti naturales per se mali non sunt: nam si quis ad sui defensionem vel in iusto bello, vel tanquam minister & executor iustitiæ ijs utatur, nec Deum offendit, nec quicquam mali committit, ac proinde Deus non causat confusionem interuenientem, nec mortem iniuste illatam, inferri tamen permittit, ne coercendo & abstrahendo hominem à malo, libertatem eidem adimere, & bonum, quod inde erui potest, impedire videatur. Neque enim peccatum ullum perpetrari pateretur, nisi maioris boni causa esset & origo. Quia sicut ignis comburendo & consumendo lignum, damnum infert, & tamen ad refocillandos homines, ad coquendum, & noxios humores

*S. August.*  
*in Ench.*

*cap. 1. & 27.*

mores

more tollendos utilis, imò necessarius est: ita quoque peccatum, seu malum culpæ tolerat Deus, vt per hoc thesauri & diuitiæ gloriæ suæ reuelentur.

Ad propositum ergò nostrum reuertentes, Deum causam & authorem esse dicimus poenarum & afflictionum, quas sustinemus, non autem culparum quas committimus. Vtriusque veritatem in diuersis S. Scripturæ locis docet Spiritus S. Quod primum attinet, Moyfes illud aperte declarat, dicens: *Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis, &c.* Et tertio Regum legitur: *Cum perfecisset Salomon edificium domus Domini, apparuit ei Dominus secundo, dixitque. Tu quoque si ambulaueris coram me, sicut ambulauit pater tuus, in simplicitate cordis, & in equitate: & feceris omnia quæ præcepi tibi, & legitima mea & iudicia mea seruaueris, ponam thronum regni tui super Israel in sempiternum. Si autem auersione auersi fueritis vos & filij vestri, &c. auferam Israel de superficie terræ, quam dedi eis, eritque Israel in prouerbiū, & in fabulam cunctis populis* Ecclesiasticus quoque ait: *Bona & mala, Eccles. II. uita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt.* Et alio in loco Esaias: *Quis dedit in derisionem Iacob, & Israel vastantibus? nõne Dominus ipse cui peccauimus? Et noluerunt*

*in vijs*

Deuter. 32.

3. Reg. 9.

Cap. 42.

in vijs eius ambulare, & non audierunt legem eius. Et Dominus per eūdem inquit: Ego Dominus, & non est alter: formans lucem & creans tenebras: faciens pacem & creans malum: ego Dominus faciens omnia hæc. Idem per Hieremiam: Ecce, ego inducam super eos mala, de quibus exire non poterunt: & clamabunt ad me, & non exaudiam eos. Et ibunt ciuitates Iuda, & habitatores Ierusalem, & clamabunt ad eos quibus libant, & non saluabunt eos in tempore afflictionis eorum. Iterum per Amos Prophetam: Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit? Ex his alijsque S. Scripturę locis manifestissimè patet Deū esse causam mali poenæ, non autem mali culpæ.

Esa. 45.

Hie. 11.

Cap. 3.

## CAPVT V.

QVARE DEVS NOBIS TRIBULATIONES IMMITTAT.

**C**Vm Deus adeò bonus ac benignus sit, vt nec mortē crucis, nostri causa obire dubitauerit, non immeritò miramur, cur tot, tantis, tamq; diuersis calamitatum generibus affligat filios suos. Non ergò abs re fuerit indagare causas, quibus tantam castigationem, commersisse videamur.

Si pri-

Si primi parentes non peccassent, nullos labores, nullas omninò experiremur difficultates, quia omne vitæ iter sine montibus & anfractibus planum esset & directum, nec medicina aliqua indigeremus, nullis subiecti ægritudinibus: postquam verò in primis parentibus omnes telo peccati læsi, & infirmati sumus, vulnera & dolores nostri, non nisi medicinis & potionibus amaris curari possunt. Hinc ait Psalmista: *Priusquam humiliarer, ego deliqui.* Et alio in loco Scriptura: *Deus mortem non fecit, nec letatur in perditione viuorum. Creauit enim, vt essent, omnia: Impij autem manibus & verbis accerserunt illam.*

*Psal. 118,  
Sapient. 1.*

Quocirca propriè loquendo, peccatum origo & scaturigo est omnium miseriarum nostrarum, nam vt inquit Apostolus: *Per peccatum mors in hunc mundum intrauit, & ita in omnes homines pertransiit;* peccatum vbi commissum fuerat, necessariò puniebatur, exequente iustitia, vt confusio facta per peccatum, corrigeretur per iustitiam, & iniuria expiaretur ab illo qui sustinuerat, sicut Indies fieri consuevit. Quemadmodum enim, si quis hominum alterum occidat, confusio ista facta per

*Rom. 5.*

per



per necem alterius componi non potest, nisi secundum iustitiam ipse etiam interimatur; ita quoque Deus per pœnas & tribulationes restaurat confusionem peccati, quia ipso sublato à pœnis plane immunes essemus.

Potiones medicinales quas infirmati sumimus, amaritudine quidem perturbant & inuertunt stomachum, corpus tamen etiam ab humoribus corruptis & inficientibus mundant ac purgant: nisi enim confusio humorum impropotionalium esset in corpore, non foret necessarium eos confusione alia renouare

*In Psal. 21.* atque componere. Oportet, inquit D. Augustinus, vt homo intelligat Deum esse medicum, & tribulationem medicinam ad sanandum, & non pœnam ad damnandum. Cùm aliquis tua curat vulnera, cùm quis te secat, cùm quis te vrit, tu clamas, tu lamentaris, sed Chyrurgus simulat se nō intelligere, neq; assentitur tuæ volūtati, vt omninō tibi restituat sanitatē. Vnico Dei filio q̄ peccare nō potuit, & gloriosissima eius genitrice Maria, quæ speciali gratia ab omni iniquitate præseruata fuit, exceptis, omnes, si non alijs grauioribus, originali saltem culpæ fuerunt obnoxij, priusquam affligerentur, ita vt meritō illos tanquam aduer-

aduersarios & iustitiæ suæ contradictores Deus castiget ac puniat. Quia verò ad crimen originale infinitam etiam actualium multitudinem accumulamus, Deus quasi pius pater, & sapiens medicus, diuersis poënis & calamitatibus ea curat ac sanat, ideoque Exodi vigesimo dicit:

*Ego sum Dominus Deus tuus fortis, Zelotes,* Exodi 20<sup>o</sup>  
*visitans iniquitatem patrum in filios, inter-*

*tiam & quartam generationem eorum, qui*

*oderunt me.* Et Sanctus Euangelista Io-

annes in persona Dei: *Ego quos amo,* Apoc. 3.  
*arguo & castigo.* Item Apostolus Pau-

lus: *quem diligit Dominus, castigat: flagel-* Hebræ. 12.  
*lat autem omnem filium quem recipit. Quis*

*enim filius, quem non corripit pater? Quod*

*si extra disciplinam estis: ergo adulteri, &*

*non filij estis.*

Idem omninò asserit Diuus Augusti-

nus cum ait: Si non es ex numero susti-

nentium tribulationem, non eris ex nu-

mero filiorum Dei. Et Salomon inquit:

*Disciplinam Domini, fili mi, ne abicias:* Prouerb. 3.  
*nec deficias cum ab eo corripieris. quem e-*

*nim diligit Dominus, corrigit: & quasi pater*

*in filio complacet sibi.*

Quemadmodum si vir quidam adue-

niens, aliquem puerorum se recreanti-

um auribus trahat, & increpet, conti-

nuò animaduertimus hunc esse parètem

B istius,

istius, & non cæterorum quos impunitos relinquit: pari ratione nobis persuadere debemus, Deum supremum & benignissimum patrem castigare quos agnoscit & diligit filios, deserere autem ac reprobare omnes ad se non pertinentes. vt verum fatear, certum quoddam iudicium est offensionis & iracundiæ Dei, si dicat quod non sit nos puniturus. Sic loquitur per Ezechielem Prophetam: *Et requiescet indignatio mea in te: & auferetur Zelus meus à te: & quiescam, nec irascar amplius, eò quod pronocasti me in omnibus abominationibus tuis.*

Ezech. 16.

Et per Oseam Prophetam: *Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ.* Sin autem corripiat & affligat, euidentissimum signum est amoris & affectionis paternæ, sicut ait Psalmista: *Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.* Et alibi:

Osee 4.

*Domine Deus noster, tu exaudiebas eos: Deus tu propitius fuisti eis, & irascens in omnes adinventiones eorum.* Et Dominus

Psal. 88.

per Amos Prophetam: *Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ: idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras.* Etenim, vt in libro Machabæorum secundo legitur, multo tempore

Psal. 98.

Amos 3.

Mach. 2. c. 6

por  
ag  
be  
al  
H  
pl  
no  
de  
fo  
ne  
ua  
in  
ce  
to  
m  
ze  
ar  
vt  
Eo  
eg  
fi  
qu  
te  
bi

more non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim ultiones adhibere: magni beneficij est indicium. Non enim sicut in alijs nationibus Dominus patienter expectat vt eas cum iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat: ita & in nobis statuit, vt peccatis nostris in finem deuolutis, ita demum in nos vindicet.

Porro pœna & afflictio diuina non solum medicina est collapsum hominem redintegrans, verumetiam præseruatio impediens, ne delictum aliquod incurrat, sicut Apostolus attestatur dicens: *Et ne magnitudo reuelationum ex. 2. Corin. 12. tollat me, datus est mihi stimulus carnis mee, angelus sathanae, vt me colaphizet.*

Solet etiam Deus nonnunquam nos ærumnis & tribulationibus exercere, vt per eas merita nobis augeantur, & Ecclesia magis clarescat & illustretur egregiæ sanctitatis & patiëntiæ exemplis, sicut videre est in SS. Iob & Tobia, ad quem Angelus Raphaël:

*Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt Tob. 12. tentatio probaret te.*

Et Propheta Malachias inquit: *Cola- Malach. 3. bit eos, & purgabit quasi argentum.*

B . 2

Etenim

Psal. 11.

Etenim necesse est conflare, purgare, ac probare illud septies, vt purum & nitidum sit, & simile illi de quo Regius loquitur vates: *Argentum igne examinatum, probatum terre purgatum septuplum.* Denique Deus calamitates nobis immittit, & ab iisdem nos denuò liberat ad manifestandam misericordiam & bonitatem suam. Hinc Dominus in Euangelio de cæco nato interrogatus à discipulis suis.

Ioan. 9.

*Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? Respondit. Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed vt manifestentur opera Dei in illo.*

## CAPVT VI.

## DE EFFECTIBVS QVOS TRIBVLATIO operatur in bonis.

**Q**Voniam intelleximus Deum esse causam tribulationis, qua pœna, & permittere eam, quâ peccatum est, nec non quare tantis nos molestijs affligat, præstiterit iã tractare de effectibus quos tribulatio operatur.

Præsupponimus ergo tribulationem re ipsa esse malam, in quantum priuatio est alicuius boni, quemadmodum paupertas diuitiarum, ægrotudo sanitatis, i-

gno.

gnominia honoris, & mors vitæ. Et sic-  
 ut illa quibus per aduersitates priuari so-  
 lemus, communiter bona appellari, & ab  
 omnibus appeti & desiderari consueue-  
 runt: ita naturaliter omnes tribulatio-  
 nem detestamur, quæ iisdem nos exuit ac  
 denudat, ideoque per se bona esse non  
 potest, præsertim ob peccatum immis-  
 sa, quod (vti supra declarauimus) fons  
 & featurigo est omnis mali. Cum ergo  
 tribulatio in suo principio molesta & in-  
 grata sit, perscrutabimur quâ ratione de-  
 siderabilis & conducibilis esse possit,  
 quod sine gratia Dei fieri impossibile est;  
 quia hæc vnica & sola de malo bonum,  
 & ex durissimo tribulationis lapide ole-  
 um & mel dulce producit, si nimirum à  
 Deo immisam suscipiamus libenter, &  
 patiēter amplectamur, fructum afferen-  
 tes in patientia. Quamuis enim plerique  
 quamdiu affliguntur amaritudinis gu-  
 stum ex hac salutari myrrha percipiant,  
 tamen afflictione cessante gratia in sibi  
 præstitam à Deo recognoscunt. Nam  
 sicut pueri si quando à parentibus vel  
 magistris castigantur, contristati virga-  
 rum plagas execrantur, virtutis earundē  
 ignari; sed cum viriles annos attigerint,  
 & considerauerint iuuentutis pericula.

## 30 DE TRIBVLATIONE

à quibus correctionibus istis fuerint præseruati, in quæ multi sine fræno disciplinæ currentes inciderint, tunc primum vtilitatem rigoris intelligentes, gratias agunt Deo, qui tales ipsis parentes ac præceptores prouidit: ita & nos miseri in hac vita degentes, tanquam pueri stulti non sapientes quæ Dei sunt, fugimus salutem nostram, detrectantes sorbere salutarem potionem nobis à Deo ordinatam; at postquam pueriles annos egressi in viros euaserimus (quod in alia vita futurum est) & in libro prouidentia diuinæ cursum præteritæ vitæ legerimus, iam tum agnoscentes magnitudinem misericordiæ & bonitatis Dei, qui tam foeliciter nos per inuia & deserta ad portum æternæ beatitudinis perduxerit, dicemus cum Propheta: *Transiimus per ignem & aquam: & eduxisti nos in refrigerium.*

*Psal. 65.*

Etsi pauci sint (sunt tamen aliqui) fructum & vtilitatem tribulationis intelligentes, vix autem vllus reperiatur, qui ipsam tribulationem quoad durauerit agnoscat, & patienter sustineat: tamen si quando cum honore ærumnas transactas recordari liceat, iam omnes in  
ijsdem

ijsdem enumerandis ac recensendis triumphant; quia sicut ait Apostolus:

*Omnis disciplina in presenti quidem videtur non esse gaudij, sed meroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam, reddet iustitiae.* *Heb. 12.*

Varij quidem & innumeri ex tribulatione fructus in nos redundant. ego tamen partibus meis non defuisse videbor, si de tribus tantum principalibus omnes reliquos in se comprehendentibus tractauero, & ostendero quomodo purget, illuminet, & perfectam reddat animam

hominis afflicti, quæ, vt Dyonisius

Areopagita docet, tres sunt actus cœlestis hierarchiæ.

*De cœlesti hier. cap. 3.*

B 4.

CAPVT.



32 DE TRIBVLATIONE  
CAPVT VII.

QVOD TRIBVLATIO NOS  
purget à peccatis.

Tob. 3.

Eccles. 2.

Cap. 36.

**P**er tribulationem animam à peccatis purgari, & omnium delictorum veniam à Deo promereri, manifestè docet Tobias his verbis: *Benedictum est nomen tuum Deus: patrum nostrorum: qui cum iratus fueris, misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te.* Item Ecclesiasticus inquit: *Respicite filij nationes hominum, & scitote quia nullus sperauit in Domino, & confusus est. Quis enim permansit in mandatis eius, & derelictus est? aut quis inuocauit eum, & despexit illum? Quoniam pius & misericors est Deus, et remittet in die tribulationis peccata: & protector est omnibus exquirentibus se in veritate.* Et Diuus Iob *Non aufert à iusto oculos suos, & reges in solio collocat in perpetuum, & illic eriguntur. Et si fuerint in cathenis, & vinciantur funibus paupertatis, Iudicabit eis opera eorum, & scelera eorum, quia violenti fuerunt. Reuelabit quoque aurem eorum, vt corripiat; & loquetur, vt reuertantur ab iniquitate. Si audierint & obseruauerint, complebunt dies suos in bono, & annos suos in gloria.*

Sed

Sed videamus adhuc qua ratione veniam peccatorum operetur.

Primò itaque homo afflictus per tribulationem excitatur ad perscrutandam conscientiam, & animæ suæ statum, vt per hoc contristatus, doleat & pœniteat de peccatis commissis, & conuersus ad Deum cum lachrymis veniam petat, firmiterque proponat emendationem, & remedia ad obtinendam remissionem necessaria, spontè amplectatur. Quod vt facilius ac melius intelligatur, vno alteroûe illustrabimus exemplo.

Est adolescens quidam nobilis & prædiues, qui diu noctuque nihil aliud cogitat aut præmeditatur, quàm vt ludendo, lasciuiendo, luxuriosè & gulosè viuendo, voluptates, desideria & appetitus carnis inordinatos expleat; quem si inopinatus & periculosus aliquis morbus arripiat, ita vt omninò debilitatus concidat & emarcescat, si prædicetur ipsi quod breui moriturus, & æternos cruciatus aditurus sit, nisi planè cæcus & insensatus fuerit, absq; dubio seipsum aggredietur & dicet: Quis ego? vbi sum? quid feci? heu me miserum, quo me peccata seduxerunt? hac inquam ratione multitudinem & magnitudinem delictorum suorum considerabit, obstupescet, ac

B. S. plan-

planget, & misericordiæ Dei memor, veniam deprecabitur, prolongationemque & emendationem vitæ sedulo implorabit.

Simili modo sit Pater quispiam unicum habens filium, quem tanquam imaginem suam indies contempletur, nec alia ipsi cura sit, quàm vt filius beneficio aliquo donatus, opes & ingentia prædia hæreditate possideat, ita vt unica spes & beatitudo patris in fœlicitate filij consistat. Sed ecce dum minimè cogitat, tollit Deus filium quem vnicè diligebat, non aliam ob causam, nisi vt curas & labores filij gratia susceptos, amori & seruitio Dei impendat. Orbatus ergo homo ille filio atque idolo suo, agnoscit, imò fatetur, se peccasse, & absum esse creatura, conuersusque ad Deum, petit veniam excessus, & omnem spem, totamque fiduciam suam reponit in summum bonum, quod nec falli, nec fallere, & in supremum Dominum, qui mori non potest.

Eadem planè de fœmina coniugata dicuntur, quæ in tantum amat & honorat maritum, vt ad gratificandū & inser-

inferuendum illi, sui ipsius obliuiscatur ac Dei, qui subinde aufert virum, non vt tollat affectum, sed vt mutet in meliorē, & quem habebat erga maritum, hunc in viduitate sua dirigat ad Deum, qui vera pax est, & quies animorum, ideoque p̄ omnibus mundi diuitijs meritò diligendus. Hinc Esaias inquit: *Sola vexatio intellectum dabit auditui.*; quasi diceret, sola tribulatio facit hominem intelligere ea, quæ sæpius quidē aliàs audiuit, nunquam autem intellexit. Licet enim parētes domi, concionatores publicè nos doceant, obsecrent, minentur, & adhortentur quotidie, vt ab impietate nostra desistamus; tamen quasi surdis canentes nihil proficiunt, quoadusque nos Deus affligat, oculosque nobis & aures aperiat, vt vel sic resipiscamus dicentes: En cuius me frequenter parentes mei præmonuerunt, & credere eis nolui; ecce salarium temeritatis meæ, quod amatores salutis meæ multoties prædixerunt, & spreui eos, ac derisi. ô quam forem beatus, si eorum monitis acquieuissem!

Si homo aliquis tranquillam & pacificam domi traducēs vitā, & si nō superfluos, attamen honestos & necessarios

Esai. 28.

*aulæ peri-  
cula.*

reditus habens, non alia de causa aulæ  
adhæreat, nisi quia ibidem se ad honores  
& dignitates speret promouendum, & fi-  
delium quis amicorum, rerumque auli-  
carū expertus, salutis & prosperitati eius  
consulens dicat: amice, quid moliris,  
quid dūc attentare studes? cur te periculo-  
sissimis aulæ fluctibus exponere deside-  
ras, quibus tot nobiles ac comites perie-  
runt? Ipse autem amici monita & consi-  
lja contemnens non acquiescat, vsq; dū  
in profundum pelagi demersus, non so-  
lum valetudinis, verū etiam bonorum  
omnium iacturam fecerit, omni que spe  
dignitatis ac commodi frustratus, agno-  
scat nec fidem, nec amicitiam aut gratiā  
aliquam superesse in aula; iam tunc pia  
adhortationis fidelis amici memor, plo-  
rabit ac gemet, & calamitate atque pro-  
pria miseria edoctus, intelliget imprudē-  
ter ac stultē se egisse, & multo melius fo-  
re, vt quis paucis contentus, quietē domi  
viuat, quā diuitias & dignitates aulicas  
sectetur, quia sicut ait Sapiens: *Melior est  
bucella cum gaudio, quā domus plena cō-  
iurgio.*

*Pro. 17.*

Quid de adulatoribus, officiarijs, &  
primæ authoritatis aulicis dicam, qui Re-  
ges ac Principes Deorum instar adorant  
& venerantur, nec aliud diu noctuque  
curant:

curant aut cogitant, quàm vt gratiam & fauorem Principum lucrentur, arbitran- tes in hoc solùm omnem suam fœlicita- tem esse collocatam? Verùm vbi fortuna mutata atque inuersa, & dulcis ac fere- nus fauoris aër per falsę alicuius suspici- onis aut relationis turbinem obscuratus fuerit, & placidũ Principis vultum leuis alicuius conuiuentiæ, vel alterius cuius- cunque transgressionis aut defectus cau- sa turbatum, fidemque & præstita serui- tia obliuioni tradita animaduertent: tunc primum prophetici recordantur sermonis: *Bonum est confidere in Domino,*

*quàm confidere in homine: Bonum est spera-* Psal. 117.

*re in Domino, quàm sperare in Principibus.* Psal. 145.

Et iterum: *Nolite confidere in Principibus: in filiis hominum, in quibus non est salus.*

De hominibus ambitiosis & auaris di- uitibus, idem est sermo, idemque iudici- um, qui si ignominia aliqua affecti di- gnitatibus priuentur, aut bonis omnibus exuti ab alijs contemnantur, vel morbũ, paupertatem, aliasue quascunque mise- rias incurrant, omnes illi & similes, per pœnas & tribulationes exercitati seipfos agnoscunt aientes cum Dauide: *Ad Do-*

*minũ cum tribularer clamaui, & exaudiuit* Psal. 119.

*me. Auxilium meum à Domino, qui fecit cœ-* Psal. 120.

*lum & terram, quia (veluti superius com-*

## 38 DE TRIBVLATIONE

memorauimus ) tribulatio nobis aperit intellectum ad compræhendendum ea, quæ aliàs sæpius audiuius, & non intelleximus, atque hac ratione purgat & liberat nos à peccatis.

Donum hoc Dei ad eò mirabile est, vt nullus hominum, quale vel quantum fit, satis intelligat, tantoque maius & excellentius esse demonstratur, quanto grauius & enormius fuerit peccatum à quo per tribulationem meruerimus liberari. Sed quia peccatum contra Deum, summum scilicet atque infinitum bonum, committitur; summum quoque & infinitum illud est, & infinitorum causa malorum, quorum vnum ac supremum omnium existimatur, Deum habere inimicum, & ab eodem reprobari ac reijci. Si enim tantoperè cauemus ne Regis vel vel Principis alicuius offensam incurramus, aut de regno ipsius profligemur; quanto magis metuendum est, ne Rex Regum & Dominus Dominantium irascatur nobis, cuius respectu Principes terre sunt quasi viri picti; ille inquam Rex, cuius præsentiam nemo subterfugere potest; quæ admodum Psaltes Regius attestatur dicens. *Quò ibo à spiritu tuo? & quò à facie tuâ fugiam? Si ascendero in celum, tu illic es: si descen-*

*Psal. 138.*

descendero in infernum, ades. Si sumpsero  
pennas meas diluculo, & habitauero in ex-  
tremis maris. Etenim illuc manus tua de-  
ducet me, & tenebit me dextera tua.  
Qualem habere poterit confidentiam cui  
Deus aduersatur? aut qualiter viuet sine  
illo, qui vita est vniuersorum? Ab hoc  
tam grādi periculo securos nos reddit tri-  
bulatio, quia mundat animam, & veniā  
impetrat delictorum.

Est & aliud donum & inæstimabile  
tribulationis beneficium, nimirū quod  
per eam liberemur ab infernalibus pœ-  
nis paratis nobis ac debitis ob mortale  
peccatum; quæ certè adeò horribiles at-  
que formidabiles esse perhibentur, vt,  
quamuis omnia mundi tormenta accu-  
mulata & coaceruata cum iisdem com-  
parentur, non tamen sint aliud nisi som-  
nus & vmbra. Carceres, triremes, ege-  
stas, infamia, febres, angustia, cordo-  
lium, & quicquid est simile in mun-  
do pœnarum, sunt tanquam ideæ picta  
vel sculpta: Inferni autem dolores,  
verè cruciatus censentur: temporales  
enim pœnæ breues sunt, & cum hac  
vita finiuntur: illæ finem nesci-  
unt, & alimentum sunt mortis perpe-  
tuæ.

Quia



*August. l. de  
Penitent.*

Quinetiam à purgatorij malis nos eripit, quæ vix tolerabiliora sunt infernalibus pœnis, & grauiora omnibus huius vitæ calamitatibus; tametsi plurimum alleuientur spe finiendi, quæ sola damnatis deficit. Nam licet Deus per ineffabilem suam misericordiam culpam mortalitatis peccati, & damnationem æternam quam per delictum incurrimus nobis remiserit, vult tamen vt temporali pœna, siue in hac, siue in futura vita compensemus ac persoluamus hoc, cuius rei tenebamur. Et reuera maximam ac singularem gratiam nobis præstat Deus, quando tempus & commoditatem largitur pœnitendi & satisfaciendi pro peccatis in hac vita, vt corpus quod particeps fuerat culpæ, particeps quoque sit miserie, ne anima postmodum sola satisfacere cogatur. Quemadmodum enim si duo simul diuersorium epulandi gratia ingrediantur, & alter eorum latenter effugiat, hospes ab illo qui mansisset, solutionem pro vtrisque vrgeret: pari ratione, quia corpus & anima socij fuerunt voluptatũ, equũ & iustũ fuerit vt simul quoq; luant, ac persoluant quod simul deliquerunt, ne sit necessarium animam tam pro se quam pro corpore satisfacere in purgatorio, quos cruciatus anima secura euadit,

dit, cum in hac vita corpus molestijs varijs affligitur.

Atque idcirco permittit Deus, vt mulieri maritus sit morosus & austerus, marito vicissim litigiosa vxor, parenti inobediens filius, & amicus amico infidelis; vel saltem vt paupertas nos inuadat, languores debilitent, ægritudines cōsumāt, aut alijs quibuscunque aduersitatibus exerceamur, vt patienter eas de manu Domini suscipientes, exiguis sumptibus cōpensemus hęc, quod alioquin maximis soluendum est in purgatorio. Quam autem incomparabilis sit hęc Dei misericordia, patet ex illo quod S. refert Antoninus Archiepiscopus Florentinus: Legitur, inquit, quod cum quidam sceleratē viueret, visitatus à Domino vt ad se rediret, incurrit grauem infirmitatem & diutinā. Attædiatus autem ex prolixitate languoris, rogabat frequenter Dominum, vt de carcere corporis educeret eū. Apparens autem vna dierum ei Angelus Domini ex parte Dei, dedit sibi optionē eligendi quod magis vellet, adhuc per duos annos illam infirmitatem tolerare, & postea ad cœlum euolare, aut tunc moriendo, per tres dies in purgatorio permanere. At ille attendens ad breuitatem temporis, quo erat mansurus in purgatorio

Parte 4.  
Sum. tit.  
14. cap. 9.

gatorio, & longitudinem dierum, quibus infirmitatem iam diu expertam ad hac erat passurus, eligit potius morari in purgatorio per triduum & mori. Exauditus ergo de hac luce migravit, ad ignem purgatorium pergente anima eius. Inde ad horam ab exitu suo de hoc mundo, apparuit ei in purgatorio Angelus Domini confortans eum. Interrogauitque eum, si eum recognosceret. Respondit, minimè. At ille. Ego sum Angelus Domini, qui tibi dedi optionem sumendi ex parte Dei, ad hunc locum veniendi, & triduum moram faciendi, an in illa tua infirmitate per biennium permanendi. Cui ille. Nequaquam vales esse Angelus Dei, quia ille mentiri non potest. Sed qui mihi hoc dixit, mendacium magnum expressit. Nam cum dixerit per triduum me hinc moraturum, ego iam mansi in his maximis poenis per plurimos annos (erant enim poenae adeò graues, & horribiles, vt vna sola hora videretur ei durare multos annos). Angelus verò ad eum. Tu hinc non fuisti nisi per horam, ita quod adhuc habes hic manere quod restat. At ille. Roga Dominum meum, vt non respiciat ad insipientiam meam hoc eligendo, & tu pro me intercede apud eum, vt reducat ad vitam.

*Purgatorij  
penae hor-  
ribiles.*

vitam priorem, & ego nedom per duos annos, sed quantum placuerit ei paratus sum tolerare infirmitatem illam: quod & obtinuit, vnde vitæ restitutus patientissimè & lætanter omnem dolorem tolerabat, pœnas purgatorij expertus. Vnde colligimus quam magna sit misericordia Dei, per quam affligit nos in hac vita ob debitas nostrorum peccatorum pœnas, magis quàm in aliâ, eò quòd solù hoc fiet in solis purgatorij pœnis.

Iu super & alia ratione tribulatio animam purificat, quando nimirum præseruat eam à peccatis sicut medicina corpus à contagiosis morbis. Præterquam enim quod homo natura imbecillis ac fragilis sit, & qualibet de causa conturbetur, facilius tamen & grauius cadit prosperitatis quàm tribulationis tempore, ita vt sæpissimè labatur per vnum, & resurgat per alterum. Hinc S. Irenæus docet venturum ante iudicij diem Antichristum, Deumque missurum multas ærumnas & afflictiones, vt iusti, afflicti & purgati ab eorum peccatis, præseruentur à noxis, quas incurrent, & rectà ad cœlum tendere possint.

Dupli-

*Lib. 5. cōtra  
her. ca. 28.*

*29.*

## 44 DE TRIBVLATIONE

Dupliciter tribulatio in nobis hunc operatur effectum, partim infirmando & debilitando inimicum, partim etiam eripiendo ei arma quibus nos impugnat. Præcipuè ac principaliter nobiscum inimicitias gerit vetus ille homo & innata cupiditas seu mala inclinatio, quæ per angustias coërcetur ac refrænatur: Arma verò quibus contra nos vtitur, sunt, *Concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ*, quia sicuti peccata, ita & omnes mundi miseriæ ex vno aliquo trunstorum fontium oriuntur, ac propterea supremus & sapientissimus medicus diuersos nobis dolores variasque infirmitates inmitit, vt caro debilitata, subiciatur & pareat rationi, nec amplius vllis voluptatibus delectetur, quæ materiã peccandi præbent, & sunt arma quibus oppugnamur. Neque aliam ob causam nos fortunis ac dignitatibus priuat Deis, quàm vt humiliati per tribulationem à peccatorum sordibus emundemur.

1. Ioan. 2.

## CAPVT VIII.

QUALITER NOS TRIBVLATIO illuminet.

**T**ribulationem non tantùm purgare, sed etiam illuminare animã mani-

## LIBER PRIMVS.

45

manifestè docet Spiritus S. dum ait. *Qui non est tentatus, quid scit?* ac si dicat: nulla ratione melius quàm tribulatione eruditur homo, quæ sæpius audita & nunquàm intellecta explanat, sicut Esaias inquit: *Domine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis.* Et Dominus per Oseam: *Propter hoc, ecce ego stabo eam, & ducam eam in solitudinem: & loquar ad cor eius.* Solitudo ista tribulatio est, quia quicumque affluunt voluptatibus, & prosperitate ac multitudine amicorum, familiarium, & consanguineorū gaudent, iidem facillimè deseruntur, si quando ventus contrarius, vel fortuna mutata fuerit; verum in hac solitudine Deus nobis ad cor loquitur illuminans & erudiens nos.

Eccles. 34.

Cap. 26.

Cap. 2.

Quod vt omni difficultate remota melius intelligatur, exēplo sãcti senis Tobie explicabimus. Tobias cæcus nihil eorū quæ supra, infra, aut coram se erāt, adeoque nec seipsum videbat, sed à Deo per Angelum Raphaëlem illuminatus cernebat omnia quæ prius videre non poterat, nō alio medicamine vsus, quàm felle piscis, vt per hoc declararet, felle amaritudinis (quæ instar piscis in turbulenta huius mundi aquis diuagatur) oculos nostros liniendos atque illuminandos esse,

Cap. 11.

esse,

esse, ad videndum res nobis subiectas, & rationis vsu carentes, vt sunt, opes, bona valetudo, pulchritudo, fortitudo, dignitas, voluptas, gaudium, & quicquid demum ad ministerium & vtilitatem hominis Deus creauit. Quibus omnibus duobus modis Deum offendimus. Primò quidem quando dona & beneficia nobis collata propriæ virtuti, vel saltem parentibus nostris ascribimus, nullas pro ijsdem Deo gratias agentes; ac proinde Deus quæ dederat nobis dona eripit, vt illis indigentes recurramus ad ipsum, & suppliciter ab eo repetamus, qui verus est largitor ac distributor bonorū. Deinde in inferioribus istis delinquimus, si maioris illa æstimemus quam mereantur, aut si immodicè diligamus, curas & anxietates maximas, atque ingentia pericula eorum causa subeuntes, & quasi araneæ telas texentes ad capiendum muscas. Quapropter Deus animaduertens nos istis alijsq; similibus bonis elatos, arbitrari nos in tuto positos, nec vnquam gratiam Principū amittere, nec dignitatibus aut diuitijs spoliari, neq; validas iuuentutis vires debilitari, aut vitā hanc finiri posse, venit Dominus ex improviso, & omnia tollit, vt ostendat nō esse vera bona, quæ satiare & beatū reddere

dere hominē nequeūt, quē admodū diu-  
ti illi contigit, cuius in Euāgelio suo Lu-  
cas meminit, qui seipsum alloquebatur,  
dicēs. *Anima habes multa bona posita in an-  
nis plurimos: requiesce, comede, bibe, epula-  
re.* Dixit autē illi Deus: *Stulte, hac nocte animā  
tuā repetēt à te, quæ autē parasti cuius erunt;*

Luc. 12.

Nec solū tribulatio illuminat oculos  
nostros vt videamus res nobis subiectas,  
verū etiā vt pœnas & cruciatus dānatorū  
cognoscamus. Si, n. in hac vita capitis, cal-  
culi, colici, vel alios quoscūq; dolores vix  
tolerare possumus, quos tamē breui fini-  
ēdos speramus; quāto magis pertimesci-  
mus tormēta inferni p̄parata peccatorib.  
tormēta inq̄ adeò horribilia, vt respectu  
eorū oēs huius vitæ miseræ & calamita-  
tates sint ludus ac iocus, quādo quidē bre-  
ues sunt, illa autē sine fine in perpetuū du-  
rarūt: Hinc Esaias dicit: *Quis poterit habita-  
re de vobis cū igne deuorāte. quis habitabit  
ex vobis, cū ardoribus sēpiternis?* Et D. Gre-  
gorius inq̄t: Si Deus nos tā seuerè punit  
in loco veniæ, quomodo puniet nos vbi  
nō est spes alicuius misericordiæ? Si quis  
hominē hospitio susceptum molli lecto  
alligaret, & hoc ipsi oneris imponeret, ne  
vnquam toto vitæ suæ tempore de eo-  
dem exurgeret, quid illum ad hoc re-  
spōsurum, quidue facturum putaremus?

Cap. 33.

Nun-



*Inferni cō-  
sideratio.*

Nunquid lectum illum mollem, an verò carcerem potius & intolerabile diceret tormentum? Quod si rem istam leuissimam pœnam arbitramur incomparabilem; quid continget, si quando in æternū terribilibus atque inexplicabilibus inferni flammis excruciamur? si exiguus puluisculus oculos nostros affligit, & minimus vermiculus dentibus nostris inhærens die ac nocte nos quiescere non permittit; quomodo tam parua nobis cura est de pœnis & cruciatibus futuris, quando ne leuissimas quidem mūdi misérias tolerare possumus? Instruit ergo & illuminat nos tribulatio, vte a quæ in hoc sæculo patimur, & quæ postmodū in inferno perpessuri sumus, in statera appendentes, & grauitatem istorum considerantes satisfaciamus hîc pro peccatis nostris.

Adhæc etiam per tribulationes & angustias peruenimus in cognitionem rerū supernarum, bonorum scilicet incompræhensibilium gloriæ & beatitudinis cælestis, quam nos adepturos speramus; Aduersitatibus enim varijs percussi, & nauseâ huius domicilij afflictati, incipimus desiderare & anhelare ad patriam supernam, recognoscentes nos tanquam exules in hanc vallem, feriarum spinis

ac ru.

ac rubis obsitam, esse proscriptos. Nec minus ex his colligimus atque perspicimus foelicitatem habitationis caelestis Hierusalem, vbi omnis dolor, omnis molestia, ægritudo, mors & miseriam exulant, nihilque præterquam vox lætitiæ & exultationis resonat in æternum, ita vt in hoc ergastulo constituti quasi super flumina Babylonis sedentes & *Psal. 136.* flentes recordemur caelestis Syon. Et enim, vt Diuus asserit Gregorius, res est suauius & grata existentibus in terra inimicorum, recordari suæ patriæ.

Considerationes modò propositas quas in nobis gignit tribulatio, poenarum scilicet infernalium, & gloriæ ac beatitudinis paradisi caelestis, Sanctus Ioannes Chrysostomus paucis *Hom. 28. in Epist. ad Habr. e.* complectitur, dicens: Omnia huius vitæ sunt vmbra & somnium. Illorum quæ sperantur & expectantur, nihil est simile, nec natura nec tempore. Quid enim vis cum illis grauibus & atrocibus conferamus? quid cum igne, qui non potest extingui? cum verme, qui non moritur? quid ex ijs quæ hîc sunt, potes dicere par esse stridori dentium, vinculis, tenebris *Aeternitas incomparabilis.* exterioribus, iræ, afflictioni, angustiam. Et quid sunt decies mille

C  
anni

50 DE TRIBVLATIONE

anni ad sæcula infinita, quæ nõ desinunt  
non quantum parua gutta ad abyssum  
infinitum. At conferentur cum bonis,  
sed illic maior est exuperatio. *Oculus*, in-  
quit, *non vidit*, *nec auris audivit*. Pro  
his ergò non bonum est millies con-  
fendi, interimi, exuri, mille subire  
mortes, vt bona illa promissa assequere-  
mur? Ecce quomodo loquatur S. Chry-  
sostomus.

1. Cor. 2.

Præterea erudit & illuminat nos tri-  
bulatio, vt agnoscamus proximum, qui  
alioquin nobis incognitus est, præfer-  
tim si pauper ille; nos diuites, ille ege-  
nus; nos potentes, ipse miser, tribulatus,  
& afflictus, nos verò felices ac beati-  
simus, existimantes nos tanquam ex  
meliori & præstantiori materia vel  
metallo conflatos, eximi & prorsus  
immunes esse ab ærumnis quibus  
cæteri subiecti sunt, vt idcirco ne  
compati quidem, nedum succurre-  
re illis dignemur. Atque idcirco varijs  
à Deo molestijs affligimur, vt ex  
nostris miserijs magnitudinem cala-  
mitatum proximi metientes, compa-  
tiamur & auxiliemur ei, sicut ait Sa-  
piens: *Intellige quæ sunt proximi tui ex te  
ipso.*

Eccles. 31.

Postq

LIBER PRIMVS. 51

Postremò præter utilitates supra dictas, tribulatio etiam causa est, quare humiliati nos ipsos agnoscamus: homo enim durante prosperitate cæcus est, nec prius seipsum agnoscit, quàm cum tribulatio illuminet, & cordis oculos aperiat ad perspiciendum quis & qualis sit.

Hinc Jeremias inquit: *Ego vir videns pauperitatem meam, in virga indignationis eius.* Thre. 3.

Et Daniel ad Regem Balthasar: *Appensus es in statera, & inuentus es minus habens.* Daniel. 5.

quia, quamdiu omnia nobis feliciter succedunt, existimamus nos iustum habere pòdus, nec tribulationes, molestias, aut aduersitates vllas nocere atque incommodare nobis posse; verùm si miserijs aliquantulum exerceamur ac probemur, continuò debilitati animaduertimus nos imbecilliores esse, quàm putauerimus, ideoque fragilitatem nostram deplorantes, humiliantes & confundentes nos ipsos, recurrimus ad Deum.

Nec frustra dico nos ipsos confundimus; sæpissimè enim coangustati firmiter proponimus emendare vitam, & mala transacta, pœnitentia digna delere, & tamen de angustijs erepti, nullius voti memores ad pristina facinora redimus: Sed si diuturnis & exquisitis pœnis ac tribulationibus affligamur, tunc cõfundē

Psal. 18.

tes & humiliantes nosmetipsos, confu-  
gimus ad Dominum, vt ineffabili sua  
misericordia nos confortet atque con-  
seruet, dicentes cum Dauide: *Bonum mihi  
quia humiliasti me; vt discam iustificationes  
tuas.*

## CAPVT IX.

QVOMODO TRIBVLATIO  
nos reddat perfectos.

**P**erfectio cuiusque rei in eius fine &  
peractione consistit, & plerunque  
illud perfectum esse dicimus, quod om-  
nibus suis partibus absolutum est. Ho-  
minis itaque perfectio in hoc constitui-  
tur in hac vita, vt nimirum vnitus &  
coniunctus Deo, perfecte eidem adhae-  
reat, tanquam vltimo suo fini & supre-  
mo bono, quod fieri non potest, nisi per  
virtutem supernaturalem, quam Deus in  
animam infundit, charitatem scilicet,  
qua Deum diligimus propter seipsum,  
& proximum propter Deum. Quare A-  
postolus Paulus inquit: *Finis praecepti est  
charitas de corde puro, & conscientia bona,  
& fide non ficta.* Et alio in loco: *Qui dili-  
git proximum legem impleuit.* Et iterum:

1. Timot. 1.

Rom 13.

Col. 3.

Super

*Super omnia charitatem habete, quod est  
vinculum perfectionis.*

Et Sapiens ait: *Deum time, & man-* Eccles. 12.  
*data eius obserua: hoc est enim omnis*  
*homo, ac si diceret; perfectus quisque e-*  
*rit, si Dei mandata obseruauerit. Per-*  
*fectio charitas est, quam habere non po-*  
*testis, qui Dei negligit mandata: Hæc*  
*est enim charitas Dei, vt mandata eius cu-*  
*studiamus, inquit Diuus Ioannes. Ad* 1. Ioan. 5.  
*hoc ergo, nempe vt perfectam Dei*  
*charitatem obtineamus, plurimum*  
*prodest ac iuuat tribulatio, quæ du-*  
*pliciter nos absolutos & perfectos red-*  
*dit, partim efficiendo animum nostrum*  
*Dei capacem, partim etiam replendo il-*  
*lum diuino liquore & cælesti manna*  
*charitatis.*

Ad meliorem huiusce rei intelligen-  
tiam, præsupponimus, cor nostrum vas  
esse non vacuum, sed semper plenum,  
vel proprio; vel amore Dei; ideoque  
quanto plenius fuerit proprii, tanto  
minus recipiet amoris diuini: quia im-  
possibile est, duos istos amores sibi  
contrarios, in gradu perfectionis si-  
mul in vno corde versari. Quisquis  
igitur cor suum pretiosissimo hoc cha-  
ritatis liquore replere voluerit, diligen-  
tiam adhibeat. necesse est, vt infimum

*August. in  
terminis  
suis.*

ac vilissimum suiipsius omniumque  
terrenarum rerum amorem penitus  
eodem excludat. Hinc sanctus Au-  
gustinus ait : Vases , sed vas plenum  
euacua quod tenes , ad recipiendum  
id quod desideras : euacua amorem  
mundi , vt replearis amore Dei. Qui  
propter ad euacuandum atque abijci-  
endum peruersum & noxium suiipsi-  
us amorem , & ad percipiendum cha-  
ritatem diuinam , perutilis ac necessa-  
ria est tribulatio ; illuminat enim  
atque erudit nos , vt consideramus  
miserias & infirmitates nostras , con-  
temptum & odium quoddam ad-  
uersus nosmetipsos concipiamus  
adhæc etiam causa est , vt agnoscamus  
æstimemus , ac metuamus poenas  
cruciatu damnatorum , euitemus  
que peccatum , quod mortis & infer-  
næ ianua est ; & ad bona , siue gaudi-  
æternæ suspirantes & anhelantes , an-  
bulemus per angustas semitas vi-  
tutum , quemadmodum præcedens  
capitulo ostendimus. Lumen autem  
quod in nobis suscitatur , & affectus  
quam in cordibus nostris generatur  
tribulatio , firmum ac certum est in-  
stium renunciandi voluptatibus & co-  
cupiscentijs carnalibus , euitandique  
fug

fugiendi opera mortis, ita vt animus  
per tribulationem ab omni noxio liquo-  
re euacuatus & purgatus, efficiatur ca-  
pax amoris Dei.

Nec minus nobis commodi vel uti-  
litas præstat, quando nimirum cordis  
ac corporis nostri oculos aperit: nam  
cum quis sanus & robustus subito infir-  
matur, diues fortuito pauper efficitur,  
honoratus contemnitur, potens debili-  
tatur, lætus ac hilaris contristatur, deni-  
que liber captiuus abducitur, tunc pri-  
mum intelligimus fœlicitates humanas  
non esse nisi ventum & somnium, quod  
perit vt fumus, euanescit vt spuma vel  
umbra; atque idcirco fit, vt minus eis  
confidentes, nec gaudeamus cum ad-  
ueniunt, nec contristemur aut dolea-  
mus quando discedunt: neque enim la-  
chrymis mutare naturam, nec cursum  
impetuosi torrentis suspirijs nostris im-  
pedire valemus. Vnde sapientissimus  
quidam, non cum virum esse affirmat,  
qui lapides atque ædificia corruere,  
& homines mori miretur. Qua sen-  
tentia sanctum Augustinum in ciuitate  
Hipponensi à Vandalis obsessum, sei-  
psum frequenter consolatum esse, asse-  
rit Possidonius.

*In vita S.  
August.*



Pfal. 4.

Alio præterea modo per tribulationem charitatis capaces efficimur, quando videlicet validis afflictionis ictibus extenditur cordis sinus, sicuti malleo dilatatur scyphus, quamobrem Psalmsista ait. *Cum inuocarem exaudivit me Deus iustitiæ meæ : in tribulatione dilatasti mihi.*

Rom. 5.

Act. 5.

Idem illud in nobis operatur Deus, cum vel à pœnis, quas sustinemus, nos liberat, vt tempestate sedara gratias agentes, ad ipsum recurramus; vel saltem quando afflictiones nostras mitigat dulcedine consolationis suæ: vnicam enim diuinæ consolationis guttula, sufficit ad temporandum & dulcorandum immensum amaritudinis oceanum, quemadmodum in SS. Martyribus contigisse manifestum est; ideoque sanctus Paulus gloriari se dicit in tribulationibus suis, & de Apostolis sanctus Lucas scribit: *Ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Eâdem quoque de causa Dominus & Redemptor noster, centuplum in hac vita recepturos promittit, qui propter ipsum Parentes, aut agros, aut quicquam simile reliquissent, dicens ad discipulos suos:

AMEN

Amendico vobis, nemo est qui relique-  
 rit domum, aut fratres, aut sorores, aut Mar. 10.  
 patrem, aut matrem, aut filios, aut agros,  
 propter me, & propter Euangelium: quis  
 non accipiet centies tantum, nunc in tempo-  
 re hac: domos, & fratres, & sorores,  
 & matres, & filios, & agros, adiungens,  
 cum persecutionibus, vt ostenderet non  
 esse bona nobis temporalia daturum  
 aut promissurum, sicut Iudæis quon-  
 dam in veteri testamento promisit;  
 sed varias ærumnas & persecutiones  
 nos toleraturos ac perpassuros esse, si  
 viam virtutis ingredi, & ipsum sequi  
 voluerimus, qui spinas & tribulos mi-  
 seriarum in rosas & iucundissimos  
 flores conuertit, cuius etiam consolatio  
 & recreatio centuplo melior est omni-  
 bus mundi possessionibus.

Eques quidam Arnoldus nomine  
 postquam diu militiæ operam naua-  
 set, & post honores ac voluptates huius  
 sæculi abiisset, tandem prædicatione  
 sancti Bernardi ad pœnitentiam con-  
 uersus, relictis omnibus religionem &  
 ordinem Clareuallensem ingressus est.  
 Quadam igitur vice, cum pius hic Dei  
 famulus infirmitate oppressus decum-  
 beret, iamque acerbissimo colici dolore:

C 5. vehem-

vehementissimè excrucietur, alloquebatur Deum his, vel similibus verbis: Vera sunt eloquia, & operata magnificata Domine IESV CHRISTE, quia optimè soluis quod promissisti, nec reuocas omne verbum; consolatio enim, quam in his meis doloribus & angustijs experior, centies excedit quantitatem eorum quæ propter te, tuique amorem dereliqui.

Nec mirum; reuera enim consolationis diuinæ vis tanta in ipso erat, vt eam quam corporis patiebatur infirmitatem, dissiparet, & amarum doloris sui calicem leniret. Nam sicut ad nutriendum & conseruandum hominem, pane DEVS non indiget, sed sola voluntate sua eum sustentare, & lapides in panem conuertere potest: ita nec delicijs nec voluptatibus vllis consolari & recreare animam necesse est, quia pœnæ & cruciatu consolationi atque recreationi diuinæ inseruiant, quando omnipotentis manu sua duros doloris lapides in panem suauissimum, & optimum electorum suorum conuertit alimentum.

Per hanc cœlestis gratiæ & auxili-  
lij experientiam, disponunt ac præ-  
parant afflicti & contristati cor suum  
ad percipiendum amorem diuinum;  
& quia res omnes terrenas, caducas,  
& transitorias tanquam paludes vete-  
tes, & corruptas cisternas aquam ad  
restringendam sitim continere non  
valentes, spernunt atque contem-  
nunt, idcirco monstrat illis DEVS  
fontem vitæ, qui eos abunde satiari  
possit: nec solum ostendit, sed ducit  
etiam, & quasi feros & indomitos e-  
quos additis tribulationis calcaribus  
ad properandum vrget, quia bonus est,  
totumque se creaturæ communicare de-  
siderat.

Atque hac ratione perfectionem  
nobis acquirimus, quæ in charitate po-  
sita est, attestante Diuo Paulo, qui dicit:  
*Tribulatio patientiam operatur, patien-  
tia autem probationem, probatio vero spem,  
spes autem non confundit: quia charitas  
Dei diffusa est in cordibus nostris, per  
Spiritum sanctum, qui datus est nobis.*  
Neque solum modo perfecti per tribu-  
lationem efficimur; verum etiam in  
perfectione adepti conseruamur: Est e-  
nim cista quædam, quasi ferrea, in qua

Rom. 5.

69 DE TRIBVLATIONE

diuinæ gratiæ thesaurus reconditus, custoditur; est & præacuta spina, qua rosa defenditur, ne contrectata marcescat, & vigorem ac pulchritudinem amittat; denique cortex est & durum nucis putamen, quo cælestis dulcedinis nucleus clauditur. Postremò etiam animæ perfectio in miserijs & calamitatibus consistit, quia, vt ait sanctus Gregorius, ærumnæ & pœnæ nobis seruiunt tanquam axillæ ad volandum in cælum, vbi inuenitur integra & totalis perfectio & animæ foelicitas, vbi videt & amat infinitum bonum, à quo diuelli & separari non potest.

Lib. 6. Moral. ca. 47.

Similitudines & descriptiones tribulationis.

Super omnia autem hæc, tribulatio vānus est separans granum à palea, lima tollens ferri rubiginem, incus purificans aurum, sal cibos conseruans, malleus sinum cordis extendens, aqua concupiscentiæ flammam extinguens, imber cælestis terram animæ nostræ irrigans ad generandum varios fructus, ventus ignem amoris Dei accendens, medicina ægrotos sanans, torcular vvas conqualans, vt pretiosum emittant liquorem, & genum insigne gestamen filiorum, & pro-

## LIBER PRIMVS. 611

& probatio certissima fidelium seruatorū  
 Dei. Nam sicut pacis tempore Rex aut  
 Princeps quispiam suū erga milites  
 (gratificando scilicet & debita eis stipen-  
 dia soluendo) declarat affectum; milites  
 vicissim fortiter in prælio pro Rege pu-  
 gnantes ac morientes quantoperè eum  
 diligant, ostendunt: ita etiam prosperita-  
 te & consolatione durante, cœlestis Rex  
 suū quem erga nos habet amorem ma-  
 nifestare solet, vt & nos contrā in tribu-  
 latione existentes demonstramus, quā  
 vel quantā ipsum dilectione prosequa-  
 mur.

## CAPVT X.

DE EFFECTIBVS QVOS TRI-  
 bulatio operatur in malis.

**Q**uemadmodū tribulatio purgat,  
 illuminat, & perfectos efficit iu-  
 stos, mirabilesque in eis patientiæ, humi-  
 litatis ac confidētiae fructus producit; pa-  
 ri ratione contraria hisce virtutibus vi-  
 tia in malis atq; peruersis operatur. Nam  
 sicut sub vno igne (ait S. Augustinus) au- *Lib. 1. de ci-*  
 rum rutilat, palea fumat, & sub eadem *uit. Dei. 8.*  
 tribula stipulæ comminuūtur, frumenta  
 purgantur: nec ideò cum oleo amurca  
 confunditur, quia eodem præli pondere

C. 71

expi-

*Lib. de bo-  
no patient.*

exprimitur : ita vna eademque vis irruēs bonos probat, purificat, eliquat : malos damnat, vastat, exterminat. Et D. Cyprianus inquit : Deus nobis immittit dolores ad nos probandum & tentandum, & exercet nos per plurimas poenas & tentationes, per amissionem bonorum, per ignem, per dolores vulnerum & læsionum, per mortem amicorum & familiarium. Nullâ re melius cuiusq; conditio cognoscitur, & differentia quæ est inter iustos & peccatores, quàm tribulationis tempore : quia peccator deplorat & blasphemat per impatientiam, iustus autem voluntariè sustinet ob maius bonum. In

*Eccles. 2.*

*Ecclesiastico quoque legitur : Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe : & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe : quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines verò reprobabiles in camino humiliationis.*

*Exodi 12.*

Quapropter quod fugientibus Israëlitis per medium sicci maris, aquæ fuerunt quasi murus à dextris & sinistris, Aegyptios autem omnes operuerunt ; haud aliud indicat, quàm tribulationis fluctus tutelam & custodiam esse bonorum, poenam & tormētum impiorum. nam quia inermes patientiæ gubernaculo, cæterarumque virtutum armis & iustorum præ-

fidijs

fidijs destituti sunt, idcirco in turbulento  
 hoc tribulationis pelago nauigantes, in  
 periculosissimos iracundiæ, blasphemie,  
 pusillanimitatis ac desperationis scopu-  
 los incidunt. Hinc iam de prouidentia  
 Dei dubitare incipiunt, & derelictos se à  
 Domino, nec vllam ei de nobis curam  
 esse arbitantes, dicunt cum Gedeone: *Si* **Iud. 6.**  
*Dominus nobiscum est, cur apprehenderunt*  
*nos hæc omnia? Si Deus me genuit, cur me*  
*ita affligit? quare calamitatibus meis non*  
*succurrit? quare me à pœnis & doloribus*  
*diuturnis non liberat aut præseruat? Igi-*  
*tur quoniam nullum à Domino sperant*  
*auxilium, cõuertuntur ad magos, vene-*  
*ficos, incantatores, & similes istius fari-*  
*næ homines cum diabolo pactum habē-*  
*tes, adeoque in ipsum Diabolum sæpè*  
*incidentes, existimant ab illo se consecu-*  
*turos, quod à Deo obtinere minimè po-*  
*tuerunt. Vnde iurant, blasphemant, ac*  
*detestantur Deum, sequentes diabolum,*  
*& stultum importunæ mulieris consili-*  
*um vxoris Sancti Iob, quæ domesticis*  
*expugnata miserijs dicebat marito:*

*Adhuc tu permanes in simplicitate tua? bene- Iob 2.*  
*dic Deo, & morere. Qui ait ad illam: Quasi*  
*una de stultis mulieribus locuta es: si bona*  
*suscepimus de manu Dei, mala quare non su-*  
*stineamus?*

Repe-



DE TRIBVLATIONE

Rèperiuntur (proh dolor) Christiani, qui aliquantulum afflicti, parentibus suis maledicunt, absque necessitate festiuis diebus operantur, aliena rapiunt, veritatem pecunia vendunt, causis iniustis patrocinantur, falsa testantur, magistratui se opponunt, superioribus obloquuntur, & lingua sua tanquam nouacula acuta proximi famam præscindunt, denique quasi homines beluarum more sine Deo viuentes, pro eo quod delictorum suorum culpam agnoscere, veniam petere, & iratum Deum placare deberent, accumulât peccata, & prouocant iram: quare exacerbatus Deus amplificat ærumnas, multiplicat pœnas, auget vindictam, quemadmodum facturum se Israëlitis antiquitus minatur, dicens: *Quod si non audieritis me, nec feceritis omnia mādata mea, sed spreueritis leges meas, & iudicia mea contempseritis, ut non faciatis ea, quæ à me constituta sunt, & ad irritum perducatis pactum meum: ego quoque hæc faciam vobis. Visitabo vos velociter in egestate, & ardore, qui conficiat oculos vestros, & consumat animas vestras. Frustra seretis sementem, quæ ab hostibus deuorabitur. Ponam faciem meam contra vos, & corruetis coram hostibus vestris, & subijciemini his qui oderunt vos. Non eritis nemine persequente. Sin autem nec sic*

Leuit. 26.

obedi-

obedieritis mihi, addā correptiones vestras  
septuplum propter peccata vestra, & conte-  
ram superbiam duritiæ vestræ. Daboque vo-  
bis cælum desuper sicut ferrum, & terram æ-  
neam. Consumetur incassum labor vester, nō  
proferet terra germen: nec arbores poma præ-  
bebunt, &c. quæ sequuntur.

Ecce quot & quanta nobis flagella  
Deus minetur, & tamen nisi vel istis ab  
impietate conuersi fuerimus, alias nobis  
pœnas immissurus est multò horribilio-  
res. Quare de obstinatis ac pertinaciter  
in malitia sua persistentibus Propheta  
Ieremias inquit: Percussisti eos, & non de-  
luerunt: attriuisisti eos & renuerunt accipe-  
re disciplinam. Et alibi: Interfeci & disper-  
didi populum meum, & tamen in vijs suis nō  
sunt conuersi. Et iterum: Curauimus Baby-  
lonem, & non est sanata.

Ierem. 5.

Ierem. 15.

Cap. 51.

Sed siue à malitia sua conuertatur, si-  
ue puniatur impius, attamen Deus in tri-  
bulationibus glorificandus est, semper-  
que utilitatem aliquam ex iisdem conse-  
quitur, vel exercendo iustitiam, vel ma-  
nifestando suam misericordiam. Etsi e-  
nim Peccator miserijs exacerbatus lamē-  
tetur, desperet, blasphemet, detestetur ac  
maledicat Deum; à plurimis tamen alijs  
criminibus præseruatur, in quæ absque  
dubio præceps rueret, si prosperè ei cun-

sta.

eta succederent, quia prosperitas voluptatum mater est, genitrix otij, ingluuici, luxuriæ, superbiæ, aliorumque similium flagitiorum; vnde licet improbi in afflictione sua Deum offendant, multa tamen alia delicta euitant, quæ cõmitterent, si maiori fœlicitate vterentur.

Adhæc etiam tribulatio diuinæ prouidentia detegit thesaurum, nam si quis fastidiosorum diuitum, aut potentium prælatorum de throno maiestatis suæ proiectus, tantam incurrat paupertatem, vt eorum etiam, quos antea ne aspicere quidem dignabatur, gratiam & auxilium implorare cogatur; tandem propria calamitate edoctus cognoscit ac profiteatur, aliquem esse Deum qui hominum curam gerat, & non tantum bonos remuneret in futuro, verum etiam malos puniat in hoc sæculo: ideoque accidit, vt impiorum aliqui aliena damna & pericula considerantes, semitas iustorum apprehendant, iusti autem in innocentia & bonitate sua confirmentur. Quemadmodum enim iudex quispiam malefactorẽ quem vinctum tenet, mortem commemuisse dolet, & tamen nihilominus (quia iustitia exigit vt ad cautelam & exemplũ reliquorum capitali sententia feriat) morti eum adiudicat, atq; ipsis nundinis  
iam

iam vndique populis concurrentibus suspendi iubet: simili planè modo Deus postquam diu vitia & impietates hominis patienter sustinuit, tandem subito & ex improviso in tribulationes varias eum labi permittit, vt fabula sit toti mundo.

Denique in hoc correctionis genere manifestatur bonitas Dei, eo scilicet modo, quo Sol radiorum suorum vim atque virtutem declarat, quando homo ex visus sui debilitate intueri illum non potest. Nam sicuti lumen sanis oculis gratum est, nocet autem & obest infirmis: ita lætantur & exultant hi, quorum oculi clari ac nitidi sunt ad videndum in tribulationibus suis diuinæ misericordiæ lumē, agnoscetes paterna hac correctione se à peccatis liberari; contra verò, quia impij, densissimis circumdati tenebris lumē illud claritatis supremæ contemplari nequeunt, indiesque magis ac magis excæcati à Deo desciscunt, & aduersus ipsam insurgunt, idcirco seuerius eos punit & castigat, vti Iob attestatur dicens: *Cunctis diebus suis impius superbit, & numerus annorum incertus est tyrannidis eius. Sonitus terroris sæper in auribus illius: & cū pax sit, ille sæper insidias suspicatur. Terrebit eum tribulatio et angustia vallabit eum, sicut regem qui præparatur ad præ-*

ad præ-

ad praelium. Tetendit enim aduersus Deum  
manum suam, & contra omnipotentem ro-  
boratus est. Cucurrit aduersus eum erecto col-  
lo, & pingui ceruice armatus est. Quam-  
obrem Deus aggrauat manum suam, cō-  
figit & præcipitat peccatorem cum vo-  
luptatibus suis, circumdat & coangustat  
eum vndique, vt agnoscat ipsum, & eidē  
se submittat atque subijciat, quod si in  
malitia sua obstinatus perseuerat, etiam  
in hac vita inferni pœnas incipit experi-  
ri; quia, sicut ait S. Gregorius, pœna tem-  
poralis cum conuertit cor afflicti, finis  
est peccati transacti: sed si non conuer-  
tit, signum solum est & principium illius  
quod sequetur, nimirum cruciatus & tor-  
menti æterni.

Hæc pœna, sicut & obstinatio & impe-  
nitentia peccatoris, in æternum durat.  
quemadmodum enim peccata eius finē  
nesciunt; ita quoque pœnas perpetuō  
durare necesse est, quod terribile ac for-  
midabile videtur. Nam quis hominum  
adeo crudelis, immitis, & vltionis cupi-  
dus, qui suspensum inimicum suum se-  
miuiuum in patibulo relinquat integro  
die, ne dicam mense vel anno? quis non  
placaretur tali tormento? quis non illius  
misereretur? quis non ira & furore depo-  
situs, omnem ei offensam quantumcum-  
que

LIBER PRIMVS. 69

que grauiſſimam condonaret, tantis ex-  
atiatus ſupplicijs? Deus tamen horribi-  
liſſimos damnatorum in morte perpe-  
tua viuentium cruciatus cernens, nec irā  
mitigat, nec minuit, aut alleuiat pœnam.  
Ergo crudelis dicendus? minimè: iu-  
ſtiſſimus enim iudex eſt, & ſapiētiffimus  
medicus, qui punit noxam quoad durat,  
& inurit vulnera quamdiu foētent, & ſa-  
niem ac putredinem reddunt.

CAPVT XI.

DE REMEDIIS QV AE IMPII  
arripiunt ad effugiendam tribu-  
lationem.

**C**Auſam, ob quam impij nullum  
ex tribulationibus fructum perci-  
pian, nec conſolationem aut leuamen  
aliquod in iſſdem ſentiant, hanc eſſe exi-  
ſtimo, quòd nimirum nec debitis in lo-  
cis ſolacium quærant, neque infirmitatē  
ſuam medico detegentes, veram malorū  
ſuorum venam aperiant. Libenter qui-  
dem ab ærumnis & moleſtijs liberari vel-  
lent, & euadendi media excogitant, ſed  
quibus ad effugiendum medijs vtuntur,  
iſſdem quaſi laqueis quibuſdam irretiti,  
multiplicant noxas, & duplicant pœnas:  
angu-

## 70 DE TRIBVLATIONE

angustijs enim & miserijs circumdati, nō considerant hanc sibi afflictionem de manu Dei immissam, & malorum omnium causam & originem esse peccatum, nec de commissis suis dolentes, emendare vitā cupiunt, vt Deus pœnitētia eorū placatus, remota iā culpa ipsā quoq; pœnam tollat; sed parum de Deo solliciti, nec ea quæ sunt animæ curātes, ex infortunio aliquo tribulationē istā superuenisse arbitrantur, ideoq; falsa quadā opinione imbuti in alijs negotijs se distrahūt & occupant, vt anima externis recreationibus & voluptatibus dedita, nō attēdat ad illud q̄ intus patitur, multò minus sollicitè cogitet, qua ratione spinā interiora transfigentem extrahere possit. Hinc plerūq; videmus impios ægrimonia vel molestia afflictos conuersationem & societate quærere dissolutā, indulgere genio, epulari, cōmessationibus, comœdijs & tragœdijs interesse, alijsq; inanibus se lulis oblectare, vt interea angustia cordis sui obliuiscātur. Verū miseri illi non agnoscunt nec intelligunt, quā ab ijs nihil differant, qui exterius quidem validi ac fortes apparent, intrinsecus autem putredine infecti sunt, quam non nisi mors insperata prodit; nec incongruè stultis & insanis mulieribus cōparātur, quæ putridæ

tridæ interius, forinsecus fūco delinuntur, vel sicut in Euangelio Saluator inq̄t, *Similes sepulchris de albatis, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcicia.* Matth. 23.

Inter cæteras plagas, quibus Aegyptij *Exodi 7.* à Domino affligebantur, vna illa erat grauiſſima, conuerſio ſcilicet aquæ in ſanguinem; hanc etſi facillimè pœnitentia & precibus auertere à ſe potuiſſent, obſtinati tamē ac pertinaciter in malitia ſua perſiſtentes, *foderunt per circumitū fluminis aquā vt biberēt,* ſed parū ipsis p̄fuit.

Philistym eò quod arcā Dei cepiſſet, ignominioſiſſima percutiebantur infirmitate, nam *computreſcebant prominentes extales eorum, inierunt q̄s conſilium; & fecerunt ſibi ſedes pelliceas,* ne dolorem hunc nimium ſentirent, non aduertentes vnicum ac ſupremum iſtius pœnæ remediū eſſe, reconciliare Deū, & arcā Domini cū donis & muneribus remittere in locū ſuum. *Spiritus Domini receſſit à Saul,* propter *1. Reg. 16.* inobediētiā, & *exagitabat eū ſpiritus nequam, à Domino,* & triſtitia & melācholia maxima inuadebat eū, cui benè medicatus fuiſſet, ſi ex toto corde conuerſus ad Dominū delictorū ſuorum veniam imploraſſet, & abſq; dubio Dñs precibus & lachry.



lachrymis eius placatus, diuina sua præsentia exhilarasset animam ipsius. Sed aliud Saul consilium iniens, quæsiuit hominem scientem psallere cithara, vt quodocunque arripuisset illum spiritus Domini malus, psalleret manu sua, & leuius ferret: & refocillabatur quidem Saul, & recedebat ab eo spiritus malus, Dauide ludente, at subticente citharæ sono, continuo ingrauescebat malum eius.

Non hîc immorabor vanitatibus, fallacijs & technis eorum, qui se his vel similibus medijs tribulationibus suis mederi posse existimant, nec recensebo pericula, quæ talibus medijs cõiuncta sunt, ne liberius euagando huiusce materiæ & instituti nostri terminos præteream, nihilominus tamen, quia animaduerto vnum hoc omnibus commune esse remedium, quo aduersus tribulationes, vel ad pellendas atque eludendas ægrimonias suas vtantur, videlicet comedijs, facetijs, spectaculis, ac vanis repræsentationibus assistere, alijsque exercitijs excellentia & honestate Christiana indignis se occupare, proposui paucis declarare, quænam doctissimorum ac præclarissimorum quorundam virorum de prædictis medijs sit sententia.

Sancti

Sancti Patres Spectacula non propterea solum reprehendunt, quia antiquitus ab Ethnicis in honorem falforum Deorum instituta sunt; verum multo magis, quia supremus ille Deorum Deus multipliciter iisdem ad iracundiam lapsus, boni mores corrumpuntur, ipsa quoque disciplina & reipublicæ status destruitur.

S. Episcopus & Martyr Cyprianus: *Lib. de Spect.*

Hæc, inquit, etiamsi non essent simulachris dicata, obeunda tamen non essent Christianis Spectacula; quoniam & si non haberent crimen: habebant in se & maximam, & parum congruentem fidelibus vanitatem. Nam cum mens hominis ipsa ducatur, quid faciet, si habuerit exemplam naturæ? quæ sponte corrumpitur, quid faciet, si fuerit impulsus? Idem alio in loco dicit: Cœuerte hinc vultus ad diuersa Spectacula non minus pœnitenda contagia: in theatris quoque conspicies, quod tibi & dolori sit & pudori. Cothurnus est tragicus prisca facinora carmine recensere: de patricidis & incestis horror antiquus, expressa ad imaginem veritatis actione replicatur, ne seculis transeuntibus exoleat, quod aliquando commissum est. Admonetur ætas omnis auditu, fieri posse, quod factum est. nunquam æui senio

*Lib. 2. Epi. epist. 2.*

D

delicta

delicta moriuntur, nunquam temporibus crimen obruitur, nunquam scelus obliuione sepelitur, exempla fiunt, quae esse iam facinora destiterunt. Tum delectat in mimis turpitudinum magister, vel quid domi gesserit, recognoscere, vel quid gerere possit audire. Adulterium disciscitur, dum videtur; & lenocinante a vitia publicae auctoritatis malo, quae pudica fortasse ad spectaculum matronae processerat, de spectaculo reuertitur in pudica. Adhuc deinde morum quantalabes, quae probrorum fomenta, quae alimmenta vitiorum, histrionicis gestibus inquinari? quam crescunt & multiplicantur impietates? Haec ipsa D. Cyprianus verba sunt, qui in initio libri quae de spectaculis inscripsit, conqueritur esse inter Christianos vitiorum assertores blandos, & indulgentes patronos, praestantem vitij auctoritatem, & dicentes spectacula exerceri, & à quolibet spectari posse à animi remissionem. Nam eo usque, inquit S. Martyr, enervatus est ecclesiasticae disciplinae vigor, & ita omni languore vitiorum praecipitatur in peius, vt iam non vitij excusatio, sed auctoritas detur.

*Lib. 6. sua*

*137. tit. c. 20.*

Laetantius etiam sexto suarum institutionum libro, ait: Quid de mimis loquar corruptelarum praefertibus

scip

disciplinam? qui docent adulteria dum fingunt, & simulatis erudiunt ad vera? Quid iuvenes, aut virgines faciant, cum hæc & fieri sine pudore, & spectari libenter ab omnibus cernunt? Admonentur utique, quid facere possint, & inflammantur libidine, quæ aspectu maximè concitatur: ac se quisque pro sexu in illis imaginibus præfiguratur: probantque illa, dum rident, & adhærentibus vitijs, corruptores ad cubicula reuertuntur: nec pueri modo, quos præmaturis vitijs imbuti non oportet, sed etiam senes, quos peccare iam non decet, in talem vitiorum semitã dilabuntur. Hæc Lactantius.

B. Chrysostomus diuersis in locis diuersa spectaculis nomina tribuit; nam & recipit pestes, & fontes ac scaturigines malorum omnium, cathedram pestilentia, scholam incontinentia, fornacem Babylonis, festum diaboli, inuentum denique Sathanæ appellat ad corrumpendũ & destruendũ genus humanum. In theatro enim, inquit, risus, turpitude, pompa diabolica, effusio, insumptio temporis, & expensio dierũ inutilis, concupiscentia absurda præparatio, adulterij meditatio, scortationis gymnasium, intemperantia schola, adhortatio turpitudinis, occasio risus, turpitudinis exempla.

*Hom. 69.  
sup. Mat.*

*Hom. 2. in  
psal. 118.*

*Hom. 6.  
sup. Matt.*

*Hom. 42.  
in Acta.*

Hom. 3. de  
David &  
Saul.

76 DE TRIBVLATIONE

Magna mala theatra efficiunt ciuitati-  
bus, magna, & neque hoc scimus quam  
magna. Et alibi. Si Saluator nos docet:  
Qui viderit mulierem ad concupiscendā  
eam, iam moechatus est eam in corde  
suo. Quod si mulier spontē ac fortē in fo-  
ro obuia, & neglectius cultā sæpenumē-  
rō curiosius intuentem cepit ipso vultus  
aspectu: isti qui non simpliciter neq; for-  
tuito, sed studio, & tanto studio, vt eccle-  
siam quoque contemnant, & hāc gratia  
pergunt illuc, ac totum ibi desidētes diē,  
in facies foeminarum illarum nobilium  
defixos habent oculos, qua fronte pote-  
runt dicere, quod eas non viderint ad cō-  
cupiscendum? vbi verba quoque accē-  
dunt fractā lasciuāq; vbi cantiones me-  
reticix, vbi voces vehementer ad volu-  
ptatem incitantes, vbi stibio picti oculi,  
vbi coloribus tinctæ genæ, vbi totius  
corporis habitus fucorum impostura  
plenus est, aliaque insuper multa denoci-  
nia ad fallendos inescandosq; intuentes  
instructa; vbi socordia spectantium, mul-  
taq; confusio, & hinc nascens ad lasciu-  
am exhortatio, tum ab ijs qui spectaculis  
interfuerunt, tum ab illis qui quæ vide-  
runt in spectaculis, post alijs enarrāt. Ac-  
cedunt huc irritamenta per fistulas & ti-  
bias, aliaque huius generis modulatio.

in

in fraudem illiciens, mentisque robur emolliens, ac meretricum insidijs delectatione præparans illic. desidentium animos, efficiensque vt facilius capiantur. Etenim si hîc, vbi psalmi, vbi diuinorum verborum enarratio, vbi Dei metus, multaue reuerentia, frequenter ceu latro quispiam versutus clam obrepit concupiscentia, quomodo qui desident in theatro, qui nihil sani, neque audiunt, neque vident, qui vndique obsidionem patiuntur per aures, per oculos, possint illam superare concupiscentiam? Hucusque S. Chrysostr.

Clemens item Alexandrinus: Prohibeantur inquit spectacula & acroamata, quæ nequitia verbisque obscœnis & vanis temerè profusis plena sunt. Quod enim turpe factum non ostenditur in theatris: quod autem verbum impudens non proferunt, qui risum mouent scurræ & histriones?

Tertullianus theatrum sacrarium Veneris, & priuatum consistorium impudicitiae nominat, vbi nihil probatur, quam quod alibi non probatur: & summam eius gratiam spurcitia plurimum concinnatam esse affirmat.

Oportet, dicit S. Basilius, nec oculos spectaculis, nec vanis præstigiatorum ril.

D 3

•sten-

*Lib. 2. pag. 111.  
dag. cap. 111.*

*De Spectaculis.  
c. 11. 17.*

*Hom. de  
lect. lib. Cē.*

78 DE TRIBVLATIONE

ostentationibus tradere, nec per aures a  
nimarum corruptricem melodiam hau  
rire. Hoc enim musicæ genus seruitutis  
& ignobilitatis fructus parere, præterea  
libidinum stimulos acueret solet.

D. Augustinus theatra lubricitatis hor  
rea & professionem impietatis publicam  
vocat, quia nusquam impius in malitia  
sua magis confortatur, quam si specta  
culis frequenter interfuit.

*Psalm. 119.  
In Epit. do-  
ctri. Christi.*

S. quoque Epiphanius inter reliqua si  
gna quibus Ecclesia Christi à sectarum  
perditione dignoscitur, vnum illud præ  
cipuum ac principale esse affirmat, quod  
nimirum adulteria, fornicationes, vene  
ficia, artes magicas & spectacula prohi  
bet ac damnat, ideoque à concilio Con  
stantinopolitano constitutum, vt clerici  
spectaculis assistentes ab ecclesiastico  
munere depositi, excommunicentur.

*Lib. 18. E.  
Dys. ca. 27.  
¶ 41.*

Horum omnium sententijs B. Isido  
rus, cæteri que antiqui Patres & vera Ec  
clesiæ lumina assentiunt.

Postremò ne omninò totus in afferē  
dis ac recensendis SS. Patrū testimonijs  
occupatus videar, vnicam tantummo  
dò Saluiani Massiliensis Episcopi senten  
tiam adiugam, qui vixit ante annos 1100.  
& ob vitæ ac virtutis suæ meritum Epi  
scoporum Magister appellari consuevit:

De so

Desolis, inquit, circorum ac theatrorum *Lib. 6. de*  
 impuritatibus dico. Talia enim sunt, quæ *provid.*  
 illic fiunt, ut ea non solum dicere, sed et-  
 iam recordari aliquis sine pollutione nō  
 possit. Alia quippe crimina singulas sibi  
 ferme in nobis vendicant portiones, ut  
 cogitationes sordidæ animum, ut impu-  
 dici aspectus oculos, ut auditus improbi  
 aures: ita ut cum ex his vnum aliquid er-  
 rauerit, reliqua possint carere peccatis. In  
 theatris verò nihil horum reatu vacat,  
 quia & concupiscencijs animus, & audi-  
 tu aures, & aspectu oculi polluuntur. Quæ  
 quidem omnia tam flagitiosa sunt, ut et-  
 iam explicare ea quispiam atque eloqui  
 saluo pudore non valeat. Quis enim in-  
 tegro verecundiæ statu dicere queat, il-  
 las rerum turpium imitationes, illas vo-  
 cum ac verborum obscœnitates, illas  
 motuum turpitudines, illas gestuum  
 scœditates: quæ, quanti sint criminis,  
 vel hinc intelligi potest, quod & relatio-  
 nem sui interdiciunt. Nonnulla quippe  
 etiam maxima scelera incolumi hone-  
 state referentis & nominari, & argui  
 possunt, ut homicidium, latrocinium,  
 adulterium, sacrilegium, cæteraque in  
 hunc modum. Solæ theatrorum im-  
 puritates sunt, quæ honestè non  
 possunt vel accusari. Adhæc etiam



non minimam hanc mundi pœnam fuisse affeuerat, quòd nimirum spectacula & comœdias exerceri Deus permiserit.

Idem alibi baptizandos olim interrogatos esse dicit, an sathanæ, omnibusque pompis, spectaculis & operibus eius renuntiarent, referendo spectacula inter opera diaboli, tanquã ab ipso excogitata & inuenta, illis autẽ postmodum cessantibus, cessauit pariter & hæc interrogatiõnis formula, quasi minis necessaria.

Nec solum bonos corrumpunt mores, aut reip. disciplinam destruunt inanes istæ repræsentationes; verumetiam homines desidiosos, delicatos, & effœminatos reddunt; præterea consumuntur proventus & redditus maximi in sustentandis ac nutriendis talium fabularum actoribus, non minus spectatoribus, quã auditoribus suis perniciosissimis. Quamobrem egregij atque inuicti quondam Principes & benè moratæ ciuitates licet fidei lumen non receperint, nullos tamen histriones vel circulatores in imperio suo passi sunt. Alij non ignari quantum reip. damnum inferrent, penitus eos proscripserunt. Alij clemẽtiores cæteris tolerauerunt quidẽ, sed vxores & filias ab iisdem arcẽdas esse præceperunt, ipsos etiã scenicos adeò infames reputabant, vt municipi-

pali

pali eos iure priuarēt, tanquā cōmuni ciuium honore indignos, quōd cū in alijs, tū vel maximē in ipsa Romana vrbe factū fuisse refert D. Aug. Romani, inquit, quamuis iā superstitione noxia premerentur, vt illos deos colerent, quos videbant sibi voluisse scenicas turpitudines consecrari, suētamen dignitatis memores ac pudoris, actōres taliū fabularū nequaquā honorauerunt, more Græcorū, sed sicut apud Ciceronē idem Scipio loquitur: Cum artē ludicram scenamq; totam probro ducerent, genus id hominū non modò honore ciuium reliquorū carere, sed etiā tribu moueri notatione censoria voluerunt. Atq; ideò Censores ipsi sēpissimē theatra prosternere decreuerunt, vt testatur Tertullianus. Denique Lib. 2. de Ciuit. Dei cap. 13.

Cypria. ab Eucratio interrogatus an ad 10. communionē fideiū admittēdus foret, qui quidem ipse comœdias nullas exercebat, tamen alijs insinuaret, quod malè didicisset, respondit: Nec maiestati diuinæ, nec Euangelicæ disciplinæ congruere, vt pudor & honor Ecclesiæ tam turpi & infami cōtagione fœdetur. Ex supradictis colligimus, quā seuerè magistratū olim in comœdos & tragedos animaduerterint, & quātū studuerint impedire ea quæ vel moribus bonis contraria viriles

D § animos

Lib. 2. de  
Ciuit. Dei  
cap. 13.

Lib. 1. Epi.

animos effœminarent, vel gloriosum Christianitatis titulum aliqua ignominia macula obscurarent. Sed fortè mihi quispiam obiecerit, politiam honestam populo concedere recreationē, eò quod sine illa nemo absq; tædio viuere possit. Ad hoc respondeo, non eā recreationem honestam esse dicendā, quæ perniciose bonis moribus, non sine dedecore atque grauiſſima Dei offensione, qui verus protector est & cōseruator regnō, deijcit atq; eneruat virile robur. Institui possunt exercitia alia maiorem in se delectum habentia, & plebi ac reip. vtiliora, labores scilicet, occupationes, & opera militaria, quæ viros cūprimis decet, & in hoc bellorum turbine magis necessaria sunt.

Et quamuis virtus hominis finita atque limitata cōtinuò grauib; negotiis occupari nō possit, sed remissione & honesta quandoq; recreatione indigeat, & (sicut Aristoteles & D. Thomas asserunt) scire alios recreare cū mediocritate vel mēſura, quā nobis ratio præſcribit, actus sit virtutis, Eutrapelia, latinè iucunditas nuncupatus: sciendū tamen, etiam alibi. Thomā docere peccatū esse grauiſſimū, in similibus recreationibus verbis ac gestibus vti lasciuis, & nimium eis frena relaxare, quæ non nisi sal quoddam

*Lib. 2. Ethic.*

*c. 8. 2. 2. q.*

*168. art. 2.*

corporis esse deberent, nec quicquam in illis agendum dicendum uideforet, quam quod loco, tempori, & personæ se recreantis conueniret. Hanc ego sequēdo doctrinam fieri posse dico, ut honesta & pia exhibeantur ab ijs qui moribus incommodare nescientes, honestæ se recreationi at commodare sciant; repræsentationes autem istas in reip. vergere ruinam, quæ à viris & foeminis dissolutis exhibentur, rebusq; spiritualibus turpia atq; lasciuia miscentes, maximo sunt detrimento virtuti, & christianæ repugnant dignitati. Nam si *corrumpunt mores bonos colloquia mala*, ut inquit Apostolus, quid *1. Cor. 15.* nō dāni inferent actus isti sordidi, & inhonestæ repræsentationes, præsertim cū visus acutior sit auditu, & plus animo noceat q̄ videtur, q̄ quod auditur? Aut qua fronte quisquā spectacula vel theatra excusare & defendere conabitur, in quibus & cōcupiscētis animus, & auditu aures & aspectu oculi polluūtur. Quod *Eccl. 9.* si Spiritus S. vetat ac phibet ne oculos in aliq̄ mulierū leuiū, & dissolutarū cōijciamus, nisi laqueis eius irretiri, si adhortatur etiam ne saltatrices spectemus, aut ad voces & cātilenas earundē attendamus, nisi nosipos perdere voluerimus, quis eius crit audaciæ & arrogantia, qui se

24 DE TRIBVLATIONE

in tam euidenti periculo, securum & ab  
omni malo immunem arbitrabitur me-  
dus inter flammam infernales constitu-  
tus?

Cum igitur mulieres scenicæ hone-  
statem precio postponentes plerumque  
fucata, lasciuæ, & dissolutæ sint, perque  
corporis gestus, & ornatos habitus, per  
voces item & dulces cantus homines al-  
lectos Syrenum more in bestias trāsfor-  
mēt, & pœnarum suarum socios habere  
desiderantes, omnem peccandi præbe-  
ant occasionem, non video qua ratione  
memorata D. Thomæ doctrina cuiquā  
hac in re patrocinari possit, qua non a-  
liud declarare & ostendere voluit, quam  
nec ipsam comœdiarum repræsentatio-  
nem per se peccatum reputari, ac sceni-  
corum officium malum atque illicitum  
esse, (si enim naturā malum esset, sem-  
per detestabile foret, nec alicuius respe-  
ctu meliorari posset) sed quia comœdiis  
verba inhonesta, impuri & illiciti actus  
ab inutrecundis, & perditis hominibus  
immiscentur, propter hos aliosque simi-  
les excessus, omnes actiones & repræsen-  
tationes scenicas meritò reprobari.

Adhæc quoniam in moralibus non  
tantus respectus habendus est eorum, quæ  
possunt & fieri debent, quā istorum quæ  
funt

fiunt, & secundum communem rerum  
 exigentiam & consuetudinem absolute  
 & necessario facienda sunt; idcirco per-  
 spicue satis omnes intelligunt, quid de  
 similibus representationum generibus  
 dicendum & iudicandum sit, quidue de  
 iisdem magistratus constituere & ordi-  
 nare debeant. Nam etsi quandoque ma-  
 lum aliquod permittatur, vel alterius cu-  
 iusdam grauioris mali euitandi causa,  
 vel quia non omnino perfecte cognosci-  
 mus aut praeuidemus damna & pericula  
 inde prouentura, tamen comœdiarum  
 & spectaculorum incommoda tot atque  
 tanta sunt, vt, secundum B. Chrysofostomi  
 sententiam, cognoscere omnia non pos-  
 simus. Noui enim circulatores quos-  
 dam, qui conuersi ad Domium, & lu-  
 mine cœlestis gratiæ illustrati non satis  
 enumerare ac deplorare potuerunt mul-  
 titudinem & magnitudinem peccato-  
 rum, & damna irrecuperabilia, quorum  
 ipsi fuerant authores. Sed vt ad eum, à  
 quo digressi sumus, locum reuertamur,  
 inuestiganda sunt remedia quibus  
 utamur ad percipiendum ali-  
 quem ex tribulationibus,  
 fructum.

DE REMEDIIS TRIBVLATIONIS  
tempore nobis necessarijs.

**Q**Vando quidem media, de quibus præcedenti capite egimus, parum admodum conducunt ad subleuandam miseriam, & mitigandum dolorem à tribulatione nobis inflictum, alia certiora & efficaciora prioribus quærenda & excogitanda sunt. Licet enim ex nostra virtute tribulationes effugere & ne superueniant impedire nequeamus, scire tamen nos conuenit, quid faciendum sit, ut si fortè aliquandò superuenerint, non tantum non noceant, sed profint etiã utilitatẽq; & fructum nobis afferat maximũ.

Primum ergò remedium quo tanquã foriissimo clypeo omnes tribulationis ictus exceptos repellamus, cognitio est sui ipsius, ut nimirum homo agnoscat se hominem, subiectum omnibus mundi miserijs, pariterq; intelligat mūdũ hunc, exilij nostri locũ, repletũ esse bestijs & feris syluestribus, obsitũ rubis, & per seminatũ spinis ac tribulis, ita ut nusquã pedẽ figere valeamus, quin lædamur & lacermur ab illis. Quis miratur Solẽ magis aestuare diebus canicularibus, & cælum frigidus

## LIBER PRIMVS. 37

gidius esse brumali, quàm reliquo anni tempore? quis obstupescit nautas in pelago velificantes perpeti iniuriam piscium & fluctuum marinorum? nullus profectò, opinor, nisi fortasse quispiam mutationis & qualitatis temporum atq; locorum fuerit ignarus. Cur ergò miratur homo, si patitur vt homo, & affligitur molestijs, quibus expositi sumus omnes, quotquot turbulentissimum & periculosissimum huius miserabilis vitæ mare nauigamus? Huiusce rei cõsideratio duo operatur in nobis, videlicet ne admiremur vel obstupescamus nimium ærumnas superuenientes, cùm ille ordinarius & communis sit fructus omnium, quem in hac miseriarum valle colligimus; præterea vt semper parati, muniti, atque armati simus aduersus tribulationis impetus, quò minus eos sentiamus, quæ admodum S. Cyprianus attestatur, dicēs. In tristitia & gemitu simus necesse est omnibus diebus vitæ nostræ. Edamus panē necesse est cū sudore & labore. Vnde vnusquisq; nostrū cū nascitur, & hospitio mūdi huius excipitur, initium sumit à lachrymis: & quāuis adhuc omniū nescius & ignarus, nihil aliud nouit in illa ipsa primæ natiuitate, quàm flere: prouidētia naturali lamentatur vitæ mortalis anxietates; &

labo

Lib. de bo  
no patient.



labores & procellas mundi quas ingreditur, in exordio statim suo, ploratu & gemitu rudi anima testatur. Sudatur enim quam diu isthic viuitur & laboratur. Nec sudantibus & laborantibus possunt alia magis quàm patientiæ subuenire solatia.

Alterum, quo se quisque in tribulationibus suis consolari debet, remedium est, vt nimirum agnoscat & confiteatur se iustè pro peccatis affligi, pœnasque quas sustinet, inferiores esse offensis à se commissis, ita vt non sine causa cum Iosephi fratribus dicat: *Merito hæc patimur; quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus: idcirco venit super nos ista tribulatio.* Et cum S. Iudith: *Reputantes peccatis nostris, hæc ipsa supplicia minora esse flagella Domini, quibus quasi serui corripimur, ad emendationem; & non ad perditionem nostram euenisse credamus.* Et quamuis fortè ex impostura & suspitione, seu falso aliquo testimonio procedat afflictio, non tamē ideò nos ipsos iustificemus, sed gratias Deo agamus, quòd ipsius auxilio à tali culpa simus innoxij, recognoscentes interim aliorū nos delictorum onere oppressos, propter quæ maiorem etiam hac tribulatione pœnam

pœnam commeruerimus.

S. Gregorius Magnus, cum citra rationem & æquitatem ab Imperatore Mauritio vexaretur, inter cetera, hæc ei verba scripsit: Et quia omnipotenti Deo incessanter quotidie delinquo, aliquod mihi apud tremendum examē illius esse remedium suspicor, si incessantibus quotidie plagis ferior. Et credo, Auguste, quia eundem omnipotentem Dominum tantò vobis amplius placatis, tantò me ei malè seruientem districtius affligitis. Ad hæc etiam admiranda & obstupescenda est ineffabilis bonitas Dei, qui non secundum culparum meritum nos tormentis infernalibus tradit excruciatos, sed veluti mitissimus Iudex, contentus est, quòd maleficos aliquam diu tenuerit captiuos, quos iustitiæ capite plectendos iudicaret.

Nec inutile fuerit examinare & mundare consciētiam ab omnibus quæ Deo displicere, vel afflictionis causam esse cognouerimus, pijs item vacare precibus, humili confessione & dignis pœnitentiæ & satisfactionis operibus commissa delere, denique ad augustissimum Eucharistiæ sacramentum cum amore, reuerentia, & honore debito percipiendum frequenter accedere: neque enim

ab

Lib. 4. Ep.  
pist. 31.

## 90 DE TRIBVLATIONE

ab alio vulnera nostra sanari possunt, præterquam ab ipso qui ea nobis inflixit, nec aliter curantur quam medicina sacramentorum, quæ à Christo Domino instituta, salutaria & efficacissima sunt remedia seu diuina medicamenta aduersus peccatū; præsertim altaris Sacramētū, quod Sacramētū dicitur Sacramētū, & est fons omnis gratiæ, in quo seipsū Deus anime afflictæ communicat, recreans eam sua præsentia, & tanquam medicus sapientissimus saluberrimo medicamine omnes illius sanat infirmitates.

Porro vt diligentius & cum maiori fructu id ipsum exequamur, recordemur Deum primam & principalem esse causam omnium nostrarum tribulationū, qui tanquam pater bonus castigat quos diligit filios, eiusque correctiones euidentissima signa sunt amoris sui erga nos. Et quoniam existimamus malitiam hominum omnem causare molestiam; idcirco diligenter aduertendum est, quod nec homines, nec dæmones, adeoque nec ipse infernus satis potens sit lædere, nedum auferre capillum, nisi permittat DEVS, & praua eorum voluntate ad salutem & vtilitatem nostram vtatur.

*Iob. cap. i.*

Si enim Diabolus nocere corpori, &  
bonis

bonis sancti Iob damnatum inferre ne-  
 quiuit, quoadusque hanc ipsi Deus face-  
 ret potestatem: si etiam intrare in porcos  
 maligni spiritus non potuerunt, prius-  
 quam eis Saluator permitteret, quanto  
 minus mortalium aliquis incommoda-  
 re nobis poterit præter Dei voluntatem,  
 quandoquidem, *capilli capitis nostri*  
*numerati sunt?* Quare non immerito fan-  
 ctus Iob calamitates, misérias, & dolores  
 suos non Diabolo, sed Deo ascribit, qui  
 talem maligno spiritui dedit potestatem  
 ad maiorem famuli sui salutem, vnde &  
 dixit: *Dominus dedit, dominus abstulit: sit*  
*nomen Domini benedictum.* Huc etiam per-  
 tinet illud S. Augustini: *Medicatis, hæc*  
*mihi diabolus fecit: prorsus ad Deum*  
*tuum refer flagellum tuum, quia nec di-*  
*abolus tibi aliquid facit, nisi ille permit-*  
*tat, qui desuper habet potestatem, aut ad*  
*poenam, aut ad disciplinam.* Et illa B. Gre-  
 gorij sententia: *Voluntas Sathanæ semper*  
*iniqua est, sed nunquam potestas iniusta: quia*  
*à semetipso voluntatem habet, sed à Domi-*  
*no potestatem.* Quod enim ipse facere ini-  
 que appetit, hoc Deus fieri non nisi iuste  
 permittit. Atque hæc causa est cur in pri-  
 mo Regum libro legatur, quod spiritus ne-  
 quam exagitauerit Saulem, cum tamen  
 idem ipse spiritus Domini appelletur:  
 spiri.

Luce 8.

Luce 12.

Iob. 1.

Ier. Psal. 31.

Lib. 2. mo-

ral. ca. 6.

Cap. 18.

92 DE TRIBVLATIONE

Spiritus quidem Domini ob iustam sibi à Deo concessam facultatem, Spiritus verò malus ob desiderium inique & malitiosæ suæ voluntatis.

Gen. 45.

Yoseph ille singularis castitatis amator fratribus suis consternatis & nimio terrore perterritis dixit: *Nolite pauere, neque vobis durum esse videatur, quod vendidistis me in his regionibus: pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Aegyptum.*

2. Reg. 16.

Rex Dauid etiam contumelijs à Semei affectus, Abisai maledico caput amputare volenti ait: *Quid mihi & vobis est filij Saruia? Dimittite eum vt maledicat: Dominus enim præcepit ei vt malediceret Dauid: & quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit?* Verùm his omnibus clarius Saluator, qui cum Petro præcepisset vt gladium suum in vaginam mitteret, continuo

Ioan. 18.

subiunxit: *Calicem quem dedit mihi Pater, non bibam illum?* non dixit calicem sibi præparatum à Iuda, Scribis, vel Pharisæis, quia ministros tantum illos passionis suæ futuros sciebat. Postmodum etiam Pilato admiranti & dicenti: *Mhi non laqueris? nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te?* Respondit Iesus, *Nō haberes potestatem aduersū me vllā, nisi tibi datū esset desuper.*

Ioan. 19.

Quemadmodum enim si hirudo (cuius

ius natura est non prius desistere, quam totum exhauserit sanguinem) ad infectum exugendum cruorem & pristinam aegroti restituendam sanitatem, medicina loco adhibeatur, stulte profecto agit infirmus, si medico non acquiescens, nec sanguinem corruptum extrahi permittens, hirudinis potius naturam, quam medici consideret intentionem: simili plane modo, & nos miseri imprudenter & inconsiderate agimus, quando in afflictionibus nostris ab hominibus alijsq; creaturis procedentibus, earundem magis molestiam, quam Dei attendimus voluntatem, qui iisdem non secus ac sanguisugis quibusdam utitur in salutem & sanctificationem nostram. Hinc Psalter Regius ad Deum tanquam ad medicum supremum confugebat, dicens: *Eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tue.*

Psal. 16.

## CAPVT XIII.

DE ALIIS, QVIBVSDAM MEDICIS in tribulatione necessarijs.

PRæter illa quæ dicta sunt meminerit etiam homo afflictus Deum iustissimum esse redditorem promissorum, & fidelissimum suis amicis, quibus tribulatio-

tionis

94 DE TRIBVLATIONE

tionis potius quam prosperitatis tempore adest, quemadmodum id ipsum varijs in locis sacrae attestantur literae; toties enim Deum in tribulatione se inuocantibus succurrisse legimus, vt citare testimonia non necessarium fore existimem. Vnum tamen illud S. Bernardi non praetercundum, qui super verba illa: *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum*, Da mihi, inquit, o Domine semper tribulationes, vt continuo mecum sis. Quisquis ergo miseris & calamitatibus molestatur, hoc sibi plane persuadeat, videlicet Deum creatorem & genitorem omnium, ita perpetuo nobis assistere, vt ne vel minimu quid patiamur quod ipse non permiserit: & quauis totius mundi potentia, & vniuersa inferni rabies contra nos insurrexerint, non tamen nec capillo nocere possint absque eius voluntate. Quapropter etsi quis manibus pedibusque ligatis super altare impositus fuerit immolandus vt Isaac: si in fiscellam scirpeam inclusus, & in carecto ripae fluminis expositus vt Moyses, si vincetus in carcere vt Ioseph; vel leonibus obiectus vt Daniel; vel in fornacem Babylonis missus, vt tres pueri; vel circumdatus a lapidatoribus vt Susanna; si in deserto prosequutus vt Dauid; vel in ventre ceti inclu-

Super  
Psal. 90.

Genes. 22.

Exod. 2.

Genes. 39.

Dan. 6. &

3. & 13.

1. Reg. 23.

Iona 2.

us v  
posi  
cu  
trib  
as, f  
trus  
erit  
dun  
psu  
tis &  
dun  
lanc  
mch  
illu  
pon  
com  
C  
ne  
lari  
em  
dun  
tus  
hit  
reli  
nun  
ille  
eue  
tepe

us vt Ionas, vel subter iuniperū in ecstasi  
 positus vt Elias, vel ab exercitu regio cir- 3. Reg. 19.  
 cūcinctus vt Elisæus, si sustentatus pane 4. Reg. 6.,  
 tribulationis & aqua angustiae vt Miche- 3. Reg. 22.  
 as, si deniq; semicoopertus vndis vt Pe-  
 trus, vel in profundū maris immerfus fu-  
 erit vt Paulus; certò tamē sciat se à Deo, *Matth. 14.*  
 dūmodo de corde puro & fide nō ficta i- *2. Cor. 11.*  
 plius implorauerit auxiliū, ad trāquillita-  
 tis & securitatis æternæ portū perducen-  
 dum; iuxta illud Dauidis: *Nam etsi ambu-*  
*lauero in medio vimbæ mortis, non ti-* *Psal. 22.*  
*mebo mala: quoniam tu mecum es.* Et  
 illud sancti Iob: *Libera me Domine, &* *Iob. 17.*  
*pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet*  
*contra me.*

**Q**VINETIAM certò nobis per-  
 suadere debemus, post tribulatio-  
 nem, cælestem aduenturam conso-  
 lationem, post noctem sequiturum di-  
 em, & frigidae molestique hyemi iucun-  
 dum successurum ver. Nam sicut peri-  
 tus testudinarius chordas nec attra-  
 hit nimiam ne rumpantur, nec flaccidas  
 relinquit, ne dulcem harmoniæ so-  
 num perdant: pariratione musicus  
 ille cælestis nec semper nobis prospera  
 euenire permittit, ne ob felicitatem  
 tepescentes, & ab operibus bonis  
 cessan-



cessantes suauem virtutis melodiam amittamus, nec supra id quod ferre possumus nos affligit, ne oneri succumbentes desperemus.

*Lib. 2. Epist. 51.*

Tristitia plerumque vigilia est & prognosticon quoddam sequuturi gaudij. Vnde sanctus Gregorius inquit: Si vitæ istius cursum veraciter attendamus, nihil in eo firmum, nihil inueniemus stabile, sed quemadmodum viator modo per plana, modo per aspera graditur: sic nobis utique in hac vita manentibus nunc prosperitas, nunc occurrit aduersitas. Denique alternis sibi succedunt temporibus, & mutua se vice confundunt. Dum igitur omnia in hoc mundo mutabilitatis ordo confundit, nec eleuari prosperis, nec frangi debemus aduersis. Tota ergo mente ad illum nos conuenit anhelare, ubi quicquid est, firmum permanet, ubi non mutatur aduersitate prosperitas. In hac ergo vita miro Dei omnipotentis moderamine idcirco agitur, ut vel prosperitatem aduersitas, vel aduersitatem prosperitas subsequatur: quatenus & humiliati discamus quicquid deliquimus flere, & iterum exaltati aduersitatis memoriam quasi humilitatis anchoram in mente teneamus. Idem omnino docet Seneca dum ait: Natura hoc

*Epist. 107.*

quod

quod vides regnum per diuersas mutati-  
ones & vicissitudines tēperat. Nubilo se-  
reua succedunt. Turbantur maria cum  
quieuerunt. Flant inuicem vēti. No item  
dies sequitur. Pars coeli confurgit, pars  
mergitur. Ad hanc legem animus noster  
aptandus est: hanc sequatur, huic pareat:  
& quaecunque fiunt, debuisse fieri putet:  
nec velit obiurgare naturam. Optimum  
est pati, quod emendare non possis: &  
Deum, quo auctore cuncta proueniunt,  
sine murmuratione comitari. Hic est ma-  
gnus animus qui se Deo tradidit: at con-  
tra ille pusillus ac degener, qui obluſta-  
tur, & de ordine mundi malè existimat,  
& emendare mauult DEOS, quàm  
se.

Quis ergo tribulationem non magis  
fructuosam & salutarē dixerit prosperita-  
te, quando quidem hæc superbia & fastu  
quodam animum inflat, illa autem do-  
lore purificat, hæc extollit, illa humiliat  
& deprimat, ex hac sui ipsius generatur  
obliuio, ex ista Dei procedit recordatio,  
in hac à bonis cessamus operibus, in illa  
pro antea actis satisfacimus delictis, & a-  
nimus à maioribus præseruatur, deniq;  
utilitates & fructus tribulationis tot ac-  
tanti sunt, vt homo admirari eos neque-  
at, dummodò benè ijs vti nouerit.

E

Præ-

Præterea fortissimum & efficacissimum  
 omnium aduersus tribulationis impetu  
 remedium fuerit, attenta & diligens vi-  
 tæ ac mortis Saluatoris nostri conside-  
 ratio, nec non & sedula ipsius patientia  
 & clementiæ imitatio. quid enim homi-  
 ni miserrimo & abiectissimo terræ ver-  
 miculo, quid inquam graue, quid mole-  
 stum esse poterit, dum intuetur ac recor-  
 datur Deum hominem factum, in es-  
 quam assumpserat carne salutis nostræ  
 causa cruci affixum? quæ non toleraret  
 homo pro proprijs, qui Dominum glo-  
 riæ tanta pati videt pro alienis? Hinc ait  
 Apostolus: *Ideo que & nos tantam habentes  
 impositam nubem testium: deponentes om-  
 nne pondus & circumstans nos peccatum,  
 per patientiam curramus ad propositum nobis  
 certamen, aspicientes in auctorem fidei, &  
 consummatorem Iesum, qui proposito sibi  
 gaudio sustinuit crucem, confusione contem-  
 pta, atq; in dextera sedis Dei sedet. Recogi-  
 tate enim eum qui ealem sustinuit à peccato-  
 ribus aduersus semetipsum contradictionem  
 ut non fatigemini, animis vestris deficientes.  
 Nondū enim vsq; ad sanguinem restitistis, ad-  
 uersus peccatū repugnantes: & oblitistis cō-  
 solationis, quæ vobis, tanquā filijs loquitur,  
 dicens. Fili mi, noli negligere disciplinā Do-  
 mini; neq; fatigeris dū ab eo argueris.* Hæc  
 D. Paulus.

Hebr. 12.

Pro. 3. 11.

Postre

Postremò considerandū fœlicitatē  
 & beatitudinem patriæ cœlestis, quā per  
 ærumnas & tribulationes acquirimus,  
 multis partibus huiusce vitæ calamitates  
 & miseras excedere, quemadmodum i-  
 dē Apostolus attestatur, dicens: *Existimo Rom. 4.*  
*enim quod non sunt condignæ passiones huius*  
*temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabi-*  
*tur in nobis.* Et alibi: *Id enim quod in præ-*  
*senti est momentaneum & leue tribulatio-*  
*nis nostræ, supra modum in sublimitate æter-*  
*ni gloriæ pondus operatur.* Nam sicuti  
 impetuosum traicientes torrentem,  
 non aquæ cursum attendunt, ne verti-  
 gine conturbentur, sed vel cælum aspici-  
 unt, vel terram solidam contemplantur:  
 ita & nos in hac vita degentes, ne turbu-  
 lentis & furiosis tribulationum flucti-  
 bus commoti, pacis & tranquillitatis ani-  
 mę patiamur detrimentum, retractos à  
 sæculi vanitatibus oculos in cælum fige-  
 re debemus, in terram scilicet firmam,  
 stabilem, securam, & perpetuum habita-  
 culum electorum.

Impij præterquā quòd fructus & utili-  
 tates commemoratas, omnemq; spem re-  
 tributionis & præmij amittāt, etiā poenas  
 per impatientiā sibi acquirūt æternas, &  
 huiusce vitæ calamitates & molestias ag-  
 grauāt, q̄ cū necessariò velimus, nolimus

*Lib 2 de  
Consol.*

tolerandæ sint, tantò leuiore videbuntur, quantò eos libentius pertulerimus nam, vt ait Boëtius. Beata fors omnis est æquanimitate tolerantis. Neq; enim fors vlla adeò grauis atq; difficilis, quæ non vtilissima & saluberrima homini fuerit dummodò patienter eam tolerauerit, contra verò nullæ tribulationes ita leues ac paruæ sunt, quæ non fastidio sufferētis intolerabiles efficiantur, quia impatientia ipsa per se onus importabile censetur.

Magnæ profectò prudentiæ est moderare seipsum, & animum ærumnis variè deiectum erigere, debilitatum corroborare, oppressum consolari, & per alicuius libelli lectione, sanctorumque Patrum doctrina reficere: adhæc etiam cum amicis & viris sapientibus conuersari, honesto ac vtili exercitio callas vires re integrare, & supradictis tam corporali bus, quàm spiritualibus remedijs corporis & animæ operari salutem.

*In suis medi-  
di. at.* dico ergò necessarium esse, vt homo miserijs vndique circumuallatus totum se voluntati sapientissimi & supremi medici tradat, dicens cum sancto Augustino: Domine hic seca, hic vire, vt in æternum parcas. Igitur quoniam nos ipsos corporalibus medicis credimus, penes quos

quos e  
onibu  
qualit  
ti nos  
lestim  
mitter  
fat infi  
perfe  
na,  
Deo p  
testate  
terqua  
rit nol  
fident  
illi.

S. Fe  
dem C  
vincu  
vix æ  
cis ad  
fers de  
dita f  
ment  
ferte  
tunc i  
sanct  
Mart  
cum e  
ges  
hat; o

quos exigua fides est, qui que in purgationibus & potionibus suis medicinarum qualitate & quantitate abutentes, ingenti nos dolore afficiunt; cur non magis celesti medico nos nostraque omnia committeremus, qui corporis & animi causat infirmitates, & solus eas integrè & perfectè curare potest? Vt enim nulla poena, nullusque dolor existit, qui non à Deo procedat: ita quoque nec vi, nec potestate vlla iisdem resistere valemus, præterquam gratia Dei, quæ nunquam deerit nobis, nisi proprie virtuti nimium confidentes, Deoque diffidentes defuerimus illi.

Si Felicitas cum partui proxima ob fidem Christi incarcerata esset, iamque in vinculis parturiens doloris vehementiã vix æquanimiter toleraret, ministri Iudicis ad eam dicebant: Si partus non perfers dolores, quomodo terribilia & inaudita sustinebis, quæ tibi parantur tormenta? quibus illa prudenter & verè diserte respondit: Iam pro me patior; at tunc in me passurus est Christus. De hac sancta in martyrologio Romano 7. Idus Martij, sanctus inquit Augustinus. Quæ cum esset prægnans expectata, iuxta leges, vt pareret, dum parturiebat, dolebat; obiecta feris gaudebat. Reuera etiam

in nobis patitur CHRISTVS, quando virtute ac fortitudine eius vestimur; contra verò in ipso patimur, quando spiritu eius suffulti, & diuina corroborati sumus gratia. Hinc ait Psalmista: *Tu es, patientiam mea Domine: neque enim patientiam solum nobis commendat ac præcipit Deus, verum etiam hoc ipsum quod præcipit largitur.*

*Psal. 70.*

Quocirca dispositioni & voluntati eius perpetuò nos submittamus, & siue prospera, siue aduersa nobis euenerint, oculos semper mentis & corporis in ipsum tanquam in certam aliquam metam, & vltimum laborum nostrorum finem dirigamus, vt ipso duce periculosos huius sæculi fluctus, & horribiles atque furiosas tribulationum, procellas superantes, securi perueniamus ad portum felicitatis æternæ.

(.:.)

CAPVT

## CAPVT XIV.

*QVA RATIONE VOLVNTA-  
tem nostram beneplacito Dei conforma-  
re debeamus.*

**E**T si remedia haectenus proposita ad  
pacificandam & consolandam ani-  
mam, & tribulationis molestiam alleui-  
andam vtilia valde & quodammodo ne-  
cessaria sint, nihilominus tamen condu-  
xerit ex toto corde Deum precari, vt per-  
fectam nobis tribuat nostrae cum  
voluntate sua conformitatem, vt in mi-  
serijs & aduersitatibus quantumcunque  
grauibus, optimè contenti & hilares  
nō aliud velimus, quā quod ipse vult,  
ita vt voluntas desideriumque no-  
strum omninō conforme sit sanctissi-  
mo beneplacito DEI, quod regula  
est bonarum omnium voluntatum.  
Neque enim voluntates nostrae bonae  
appellandae, nisi quatenus conformes  
sunt diuinæ, nec dicendae malae, nisi qua-  
tenus declinant & recedunt ab ea.  
Quare non immeritō tantō quaelibet  
reputatur melior, quantō accuratius  
ad illius perpēdiculum & amussim com-  
posita & conformata est; tantō vicissim  
quaelibet imperfectior, quantō minus cū



perfectissima hac regula & mensura conuenit. Nam sicut corpus illud æstimatur lucidissimum, quodigni proximum: sic quoque voluntas illa censetur perfectissima, quæ volūtati diuinæ est subiectissima. Vnde Glossa super illa Davidis. *Rectos decet collaudatio*: Is, inquit, habet cor rectum, qui vult quod Deus vult. Et iterum: Is cor habet transuersum, qui non vult quod Deus vult, sanctus Augustinus ait: Illi sunt recticordes, qui sequuntur in hac vita voluntatem DEI. Voluntas Dei est aliquandò vt sanus sis, aliquandò vt ægrotes. Si quando sanus es, dulcis est voluntas Dei, & quando ægrotas, amara est voluntas Dei, non recto corde es. Quare? Quia non vis voluntatem tuam dirigere ad voluntatem Dei, sed Dei vis, curuare ad tuam. Illa recta est, sed tu es curuus. Voluntas tua corrigenda est ad illam: non illa curuanda est à te, & rectum habebis cor. &c.

*Lib de ami.*

Cicero amicitiam veram in vnus velle & nolle consistere dicit: velle nimirum id quod vult, & non velle id quod non vultis quem amamus. Nulla re melius homo suum erga Deum amorem declarat, quàm conformitate & subiectione voluntatis propriæ, & volendo quod

*Psal. 32.*

*Psal. 100.*

*In Psal. 35.*

quod Deus vult, & nolendo quod non vult. Atque in hoc supremus & perfectissimus dilectionis gradus constituitur, in hoc virtutis consistit perfectio, hoc homines commutat in Angelos, & in mortali corpore constitutos ciues efficit patriæ caelestis. Omnes quotquot orationi & mortificationi vacantes ad Christianæ vitæ perfectionem aspirant, per omnia voluntatem suam cum beneplacito Dei conformare contendant, in hunc scopum omnes conatus suos dirigant, sit illud finis bonorum operum & exercitiorum, sit summa & fructus laborum & ærumnarum. Tantum se quisque in virtutis semita profecisse existimet, quantum in suiipsius laborauerit resignatione, tantò etiam maiorem conscientiae suæ sentiet tranquillitatem, quanto perfectius voluntatem propriam abnegauerit, seque suaque omnia Deo commiserit.

Dauidem Regem hominem secundum cor suum Deus appellat, ob perfectissimam suiipsius resignationem: adeò enim plenè, adeoque perfectè voluntatem suam eidem subiecerat, vt paratus esset ad omnia tam aduersa quàm prospera patientissimè toleranda, non secus atque cera mollis in manibus opificis ad

E s reci-

Esai. 57.

2. Regum  
cap. 15.

Act. 9.

Act. 21.

recipiendam quamcunque ei impresserit  
formam. quam obrem iteratò inquit: *Pa-  
ratum cor meum Deus, paratum cor meum.*  
Hanc etiam animi sui promptitudinē i-  
pso facto egregiè demonstrauit, quando  
fugiens à facie filij sui Absalon, præcepit  
Sacerdotibus, vt reportarent arcam fed-  
deris in Ierusalem, dicens ad eos: *Si inue-  
nero gratiam in oculis Domini, reducet me,  
& ostendet mihi eam, & tabernaculum su-  
um. Si autem dixerit mihi, Non places: pre-  
sto sum, faciat quod bonum est coram  
se.*

Sanctus item Apostolus & vas electi-  
onis Paulus, à Deo in terram coniectus,  
& fulgore nimio excæcatus, primò o-  
mnium in schola ista cælesti propriam  
abnegare voluntatem edoctus, exclama-  
uit: *Domine quid me vis facere?* Idem A-  
postolus Ierosolymam profecturus, A-  
gabo prophetanti & prædicenti sibi  
quod à Iudæis in Ierusalem alligandus  
& in manus gentium tradendus esset,  
intrepido animo respondit: *Quid facitis  
flentes & affligentes cor meum? Ego enim  
non solum alligari, sed & mori in Ierusa-  
lem paratus sum propter nomen Domini Ie-  
su.* Et cum reliqui discipuli suadere ei nō  
possent, ne ascenderet, quicuerunt dicen-  
tes: *Domini voluntas fiat.*

Sed

Sed quid aliena quærimus exempla,  
 cum ipse Dominus ac Redemptor no-  
 ster in omnibus operibus & actioni-  
 bus suis, semetipsum nobis viuum præ-  
 buerit exemplum, vt doctrinam eius se-  
 quentes, conformemus nos Patri suo  
 cœlesti, & voluntatem illius adimplea-  
 mus. Sic enim ait: *Descendi de cœlo, non* Ioan. 6.  
*vt facerem voluntatem meam, sed volunta-*  
*tem eius qui misit me.* Et alibi: *Qui me mi-* Ioan. 8.  
*sit, mecum est, & non reliquit me solum:*  
*quia ego quæ placita sunt ei facio semper.* Et  
 iterum: *Meus cibus est vt faciam voluntatem*  
*eius qui misit me, vt perficiam opus eius.*  
 Deinde cum iam iam ex hoc mundo Ioan. 4.  
 transiturus ad Patrem, ob pœnas, tor-  
 menta, & mortem horribilem, quæ ho-  
 mo pro homine subiturus erat, tristare-  
 tur, rogauit, vt ab iisdem liberaretur di-  
 cens: *Pater mi, si possibile est, transeat à me* Matth. 26.  
*calix iste. Veruntamen non sicut ego volo,*  
*sed sicut tu.*

Quo profectò haud aliud Dominus  
 iudicare voluit, quàm naturaliter quæ-  
 dem omnes fugere & auersari arum-  
 nas, cruciatus, & mortem, attamen ap-  
 petitum istum naturalem, æquitatis  
 ratione reformandum, & fragilitatem  
 nostram virtute Spiritus sancti robo-  
 randam, illudq; magis amplectendū esse:

E. 6. quod

quod carni aduersatur, vt vel sic in omnibus nos conformemus beneplacito Dei.

*Matth. 6.*

Idem planè discipulos suos & per eodẽ nos omnes docuit, quando modũ illis orandi præscripsit, dicens: *Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra.* In quibus verbis totius nostræ salutis summa continetur, quæ in hoc constituitur, vt nimirum natura nostra peruersa reformetur, & nos ab inordinatis & bestialibus appetitibus per legem Dei abstracti, perfectè ipsius obtemperemus mandatis. facientes ea quæ præcipit, & abstinentes ab ijs à quibus nos prohibet: potissimum autem, vt sua quisque sorte contentus sit, siue diues fuerit, an pauper, prælatus an subditus, sanus an infirmus, aut in quocunq; vitæ statu fuerit à Deo cõstitutus. Atq; hæc omnia fieri oportet eadẽ resignatione, eadẽ prõptitudine & animi alacritate qua oēs sancti & spiritus immaculati in cælis faciunt, qui diuino cõspectui semper affantes, eiusq; beatissima præsentia fruẽtes, volũt hoc q; Deus vult, nec in minimo sanctissima ipsius mandata transgrediuntur. Procurandum ergò nobis est vt voluntatẽ habeamus talẽ, qualẽ nos habere Deus desiderat. Nã, sicut ait S. Anselmus, non est voluntas quæ iusta sit, nisi

*Lib. de libero arbitrio.*

nisi illa quæ vult id quod Deus vult vt velit. Vnde sequitur, hominem non obligatū ad velle omne id, quod Deus vult, sed ad velle omne id quod Deus vult vt velit. Filius, inquit S. Augustinus, obligatus est desiderare vt Pater viuat, & Deus vult vt ita velit, & licet ob alium respectum idem Deus velit, vt Pater moriatur. Cuius rei causa hæc est, videlicet, quod voluntas Dei regula non sit voluntatis hominis, qui creatura dicitur libera & prædita ratione, nisi quatenus ei Deus proponit hoc quod vult vt faciat, vel omittat. Simili quoque modo nec subditus obligatus est suam cum superioris sui conformare voluntatem, nisi fortasse eandem subdito declarauerit. Igitur quando cunque beneplacitum suum nobis manifestat Deus, simpliciter absque vlla tergiversatione eidem obedire debemus, volentes id quod vult vt velimus, & nolentes quod non vult vt velimus, quia in hoc, vt supradiximus, tota nostra salus, tota que consistit perfectio, per hoc anima Deo tanquam ultimo suo fini vnitur atque coniungitur, vt semetipsam abnegando diuinam perficiat voluntatem.

S. Catharina Senensis, in Dialogo quodam de absoluta Christiana perfectione

E 7/ inter:

In Enchir.  
cap. 101.

no DE TRIBVLATIONE

inter cætera testatur; Christum Domi-  
num dilectissimum sponsum suum se do-  
cuisse, vt angustum habitaculum sibi cõ-  
strueret, (diuinam voluntatem intellige-  
bat) seque ibi contineret, & perpetuò ha-  
bitaret, nec vnquam vel oculum, vel pe-  
dem, vel manū inde efferret, sed iugiter  
insideret illud, quemadmodum apes al-  
uearium, vel potius margaritæ aliquam  
corallam. Nam & si hoc habitaculum  
initio videretur angustum, postmodum  
tamen satis appareret spatiosum, nimi-  
rum in quo manendo, ambularet in mā-  
sionibus æternis, & breui tempore ea cõ-  
sequeretur, quæ sine eo impossibile foret  
vel longissimo tempore adipisci.

Hæc nostræ salutis & perfectionis  
summa, in charitate potissimum posita  
est, ex qua veluti ex radice totalis exur-  
git & succrescit subiectio & renuntiatio  
volūtatis propriæ in beneplacitum

Dei, thesaurum scilicet bono-  
rum & meritorum inæ-  
stimabilem.

(113)

CA-

*QUOMODO HOMO MERERI POSSIT  
 si apud Deum per tribulationes contra  
 voluntatem superuenientes.*

**I**nterrogaret fortassè quispiam me:  
 placetne Deo hoc, quòd præter volū-  
 tatem suam homo patitur, cū nec pecca-  
 tum, nec virtus, aut meritum quicquā re-  
 putetur, nisi fuerit voluntarium? Respon-  
 deo, non quidem peccatū aut meritum.  
 censerī, quod non ex deliberata proces-  
 serit voluntate; nihilominus tamen tan-  
 tam esse Dei bonitatem, vt ipsius subue-  
 niente gratia, ex necessitate homo ope-  
 retur virtutem, & quod antea sine volun-  
 tate erat & absq; merito, efficiatur volun-  
 tarium & maximè meritorium. Nam sic-  
 ut is qui ingenti exorta tempestate, in  
 mari periclitatur, vt præsentissimū mor-  
 tis euadat periculum, merces omnes &  
 quicquid bonorum nauis continet, ma-  
 rinis fluctibus tradit deuorandum; quod  
 etsi illibenter faciat, attamen alterutrum  
 necessarium esse perspiciens, vt nimirum  
 vel bonorum, vel vitæ iacturam faciat,  
 mauiult perdere bona, quàm vitam, &  
 quia hac nihil charius possidet,  
 idcirco voluntariè diuitias oēs proijcit.

*in mar-*



112 DE TRIBVLATIONE

in mare quas haudita facile abijceret, si has vitæ angustias euasisset.

Eodem modo & nos faciamus necessesse est, qui enim ex debilitate, imò ex discordia & tepore nimio nos ipsos ad maiorem Dei gloriam & honorem spontè tribulationibus exponere detrectamus, saltem ægritudines, miserias, aduersitates, vel alias quascunque molestias à Deo nobis immittas, equanimiter toleremus, vt volentes hoc quod Deus vult, eidem nos ipsos offeramus, per veram atq; perfectam propriæ voluntatis resignatione. Hinc Gerson S. Tob plus asserit meruisse, quòd illatam sibi à Sathana iniuriam patienter sustinuerit, quàm si ex voluntate libera omnem suam substantiam pauperibus erogasset; quia maiori præmio digni sumus, si ærumnas superuenientes sine querela & murmure, sine diuinorum iudiciorum reprehensione, & absque odio proximi æquo animo sufferamus, quàm si disciplinis, ieiunijs, vigilijs, alijsque molestijs carnè nostrā maceremus. Neque enim S. Iob expetiuit, vt filijs priuatus, bonis omnibus exutus, infirmitate & vlcere pessimo percuteretur in corpore, sed vltro à Sathana inquisitus & afflictus est, qui tamen hanc sibi tribulationem à Deo irrogari non sine paruo fructu-

*Iob. 1. & 2.*

cture

Etarecognouit. Nec corporalem sibi Tobias procurauit cæcitatem, sed sicut ait Scriptura: *Contigit, et quadam die fatigatus à sepultura, ueniens in domum suam, iactasset se iuxta parietem, et obdormisset: et ex nido hirundinum dormienti illi calida sterora incidere super oculos eius, fieretque cæcus.* Nec seipsum Ismaëlitis vendidit Ioseph, aut uoluntariè carcerem ingressus est: multò minus de persecutione Saulis gaudebat Dauid, nec magis lætabatur in maledictione Semei: at viri isti haud aliundè quàm à Deo calamitates suas prouenire considerantes, eidem seipfos perfectè conformârunt, non aliud uolentes, quàm quod uolebat Deus.

Est quando tribulationes inueniuntur à nobis, est quando nos inuenimur ab illis; sed siue ipsæ à nobis, siue nos ab ipsis quæsitæ & inuentæ fuerimus, in idem recidit, refugium nostrum Deus, totaque spes, fiducia, & consolatio nostra, diuina est uoluntas & prouidentia. Vnde ait Propheta: *Tribulationem & dolorem inueni: & nomen Domini inuocaui.* Et iterum: *Tribulatio & angustia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea est.* Quemadmodum enim ciuilitati, bonisq; moribus aduersatur, ad quamlibet offensam contrahe-  
re vultum & irasci, & tantò magis, quanto per-

Thob. 2..

Gen. 37.

et 39. cap..

1. Reg. 16.

2. Reg. 16..

Psal. 114..

Psal. 118..

114 DE TRIBVLATIONE

to persona dignior à qua iniuria afficimur, sic quoque absurdissimum est, nolle recipere ea quæ Deus nobis immittit, siue bona illa fuerint, siue mala.

Si famulus quispiam à Domino aliquo, vt sibi seruiat requisitus, eidem famulari recuset; postmodum autem, cum iam fortunæ vela murata fuerint, & in paupertatem inciderit, vltro se in eius seruitium ingerat, & famulari ipsi humiliter deposcat, absque dubio Dominus superbiæ illius memor, nec iam supplicem agnoscet seruum, qui se prius habere noluit Dominum.

Hæc sibi inuicem homines faciunt: non ita nobiscum agit Deus, vnicus & supremus ille cœli ac terræ Dominus, nõ ita inquam agit, qui humanissimè omnes ad se venientes excipit, qui adeo etiam bonus, adeoque benignus & misericors est, vt quamuis sæpissimè ab ipso inuitati, venire neglexerimus, oblationes etiam & dona nobis promissa contempserimus; si tamen vel saltem necessitate compulsi reuertamur, & ab eodem suscipi rogemus, occurrat nobis, expansisque brachijs miseros amplectatur, nullius iniuriæ, nullius memor despectus.

Atque hoc modo meritorium ac voluntæ

LIBER PRIMVS. my

untarium efficitur id quod per se voluntarium non est. Et licet sensualitas atque imbecillitas naturæ nostræ eidem repugnet, nec non & dolorem aliquem inde percipiat, & euadendi media quærat, non tamen propterea desperemus, existimantes nos oleum & operam perdidisse, sed inclinationem istam naturalem æquitatis ratione & voluntate libera debellare, fragilitatemque nostram per Spiritum sanctum, & veram voluntatis propriæ resignationem atque subiectionem, corroborare studeamus. Hanc enim solam respicit ac remunerat Deus, qui tantò magis illustrat victoriam, quântò difficiliorem viderit esse pugnam.

CAPVT XVI.

DE REMEDIIS PARTICVLARIBUS  
*quibus in tribulationibus particularibus vtendum est.*

**R**emedia superioribus capitibus allata, ad mitigandas atque alleuiandas afflictiones indies nobis superuenientes, generalia sunt, & in quouis tribulationum genere vtilia ac necessaria, ita vt si benè illis vti nouerimus, integrè & perfectè nos consolentur, gemitusque  
nostros

116 DE TRIBVLATIONE

nostros in gaudium conuertant. Sed præter hæc generalia sunt alia quædam remedia particularia, quibus tanquam medicinis proprijs contra singulares quædam infirmitates vtamur, quæ si certo tempore applicitæ fuerint maximam curandi vim habent atque virtutem. De alijs quibus tantum breuissimè agemus, quæ superfuerint alijs relinquemus, qui de iisdem latius scripserunt.

Sunt quibus paupertas nimium molesta & intolerabilis est, illis potissimum qui vel diuites fuerunt, & casu atque ex infortunio quodam egestatem incurunt; vel qui vxores ac liberos, & multam familiam possidentes, alimenta, aliaque ad sustentationem eorundem necessaria non habent. Hi tantò grauius inopiam suam sustinent, quantò alios non meliores se diuitijs rebusque temporalibus magis abundare, & possessiones ac prædia sua dilapidare conspexerint.

Istis ergò & similibus considerandum est, quòd etsi paupertas coram hominibus contemptibilis appareat, in oculis tamen Domini acceptabilis atque laudabilis sit, & totius mundi opibus longè præferatur. Vnigenitus enim Dei Filius, Rex gloriæ, & princeps ac Dominus vniuersæ creaturæ, in carne veniens, spretis diuitijs,

uitijs, extremam elegit paupertatem; nasci siquidem in stabulo, & mori in cruce voluit, nec tantum possedit in terris, vbi vel viuus caput suum reclinare, vel mortuus sepeliri potuisset.

Quare cum ditissimus omnium, adeoque ipse fons & scaturigo diuitiarum, extremam amoris nostri causa pauperiem pati dignatus sit, id ipsum certum iudiciū est, egestatem non solum non contemnendam, verum multò magis semitam esse rectam ad obtinendum incomparabilem cælestis gloriæ thesaurum, quem nos adepturos speramus: ac propterea Dominus in Euangelio pauperes beatos prædicat, dicens: *Beati pauperes: quia vestrum est regnum Dei.* *Luc 6.* Conuersus autem ad diuites ait: *Vae vobis diuitibus, quia habetis consolationem vestram.* Et per Psalmistam: *Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebræ eius interrogant filios hominum.* *Psal. 10.* Et S. Iacobus inquit: *Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & heredes regni quod repromisit Deus diligentibus se.* *Cap. 2.*

Consideret itaque homo penuria oppressus, quod licet diuitiæ similitudinem rosæ præ se ferre videantur; reuera tamē in effectu non aliud sint, quàm spinæ pungentes & affligentes cor hominis desiderio acquirendi, & timore perdendi vix maxi-

118 DE TRIBVLATIONE

*Luc. 8.*

maximo labore acquisitas, sicut de iisdem Saluator in Euangelio loquitur: ideoque S. Bernardus, Diuitiarum, inquit, amor infatiabilis, longè amplius desiderio torquet animam, quàm refrigeret usu suæ: utpote quarum acquisitio laboris, possessio timoris, amissio plena doloris inuenitur. Et alibi: Beatus qui post illa non abiit, quæ possessa onerant, amata inquinant, amissa cruciant: Igitur ne melius est contemnere cum honore id, quod perdere debemus cum dolore?

*1. Tim. 6.*

Præter has tribulationes & angustias, alia quoque damna & pericula diuitiæ creant, de quibus sic ait Apostolus Paulus: *Qui volunt diuites fieri, incidunt in temptationem & laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas; quam quidam appetentes errauerunt à fide: Unde paulò post idem Apostolus discipulum suum Timotheum adhortatur dicens: Diuitibus huius sæculi præcipe non sublimari sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum. Et propheta Dauid*

*Psal. 61.*

*Nolite sperare in equitate, & rapinas nolite concupiscere: diuitiæ si affluant, nolite conponere.*

Adhuc

LIBER PRIMVS. 115

Adhæc etiam diligenter aduertat & cogitet sanctissimos quosq; viros fuisse pauperrimos; quamuis enim nonnulli eorum ditissimi fuerint, tamen parentes, cognatos, domos & agros, & quicquid bonorum possidebant, reliquerunt, vt à periculis & molestijs omnibus liberati facilius sibi lucrifacerent Christū. Quinetiam Ethnicorū quidam, quò cōmodius philosophiæ studio vacare possent, diuitias in mare proiecerunt. Denique perpendat, quòd nec per cupiditatem ditari, nec per tristitiā de inopia conceptam ab egestate liberari possit, sed per eandē potius impatientiæ malū ingrauescat: quia, vt ait Cassianus, grande est infortunium, sustinere paupertatis incōmoda, & perdere nostra culpa fructus & thesauros quos per eam acquirere possemus.

*Lib. 7. de renuntiatis*

Ad extremum meminerit se aliquando, & fortassè citius quàm opinetur, moriturum, & nudum reuersurum in terram de qua sumptus est; recordetur etiam, quòd tantò minorem in hora mortis fuguram & dolorem habiturus, tantoque minorem Deo rationem redditurus sit, quantò minus possederit. quinimò se cū medico Lazaro ab Angelis in sinū Abrahamæ ob paciēter toleratā inopiam nouerit deportandum, qui si maiori prosperitate

*Luce 16.*

ytete



uteretur, à dæmonibus fortassis cum di-  
uite Epulone in infernum deferendus ef-  
set. Quòd si diuitijs quis abundauerit,  
& casu, non ita fauente sibi fortuna, in  
paupertatem inciderit, quisquis ille fa-  
rit, non idcirco animum despondeat, sed  
oculis cordis ac corporis ad Christum  
directis, cõtempletur quomodo ipse qui  
erat ditissimus, pauperrimus factus sit,  
vt nos miseros ditaret, & singulare no-  
bis paupertatis commendaret exemplum,  
dicatque cum S. Iob: *Domini dedit, Do-  
minus abstulit: sicut Domino placuit, ita fa-  
ctum est: sit nomen Domini benedictum.*

*Iob 1.*

*Homo di-  
ues 4. habet  
inimicos.*

Gratias ergò & laudes omnipotentem  
Deo maximas referat, quod ipsū ab ho-  
ste crudelissimo liberauerit, à quo debe-  
lari ac deuastari sæpè consuevit. Nam  
preter tres illos domesticos insidiatores  
diabolum scilicet, mundum, & carnem  
est alius quidam diuitibus proprius, pe-  
culiaris, & ceteris omnibus crudelior in-  
micus, qui eos infestare & impugnat  
non desinit, nempe ipsæ opes, quarum  
dulatione & vana spe homo deceptus,  
grauissima cornuit peccata, nō sine ma-  
mo animæ suæ detrimento. Hinc ait Sp-  
ritus sanctus: *Si diues fueris, non eris in-  
munitis à delicto.*

*Eccles. 11.*

Et D. Augustinus alibi cupiditate

illam diuitiarum suis depingens coloribus, inter cætera dicit, Quod nec Deum reueatur, nec homines respiciat, nec patris rationem habeat, nec matrem agnoscat, nec fratribus morem gerat, nec amicis fidem seruet; sed viduas opprimat, pupillos exhauriat, liberos in seruitutem redigat, falsum testimonium dicat, defunctorum bonis se ingerat, quasi ipsa nunquam esset moritura. Et deinde adiungit: O quanta dementia est, quanta inconsideratio, imò quanta obduratio, & quanta cæcitas est, cupere aliquem vitam deperdere, & mortem lucrari, pecuniam consequi, & cœlū amittere? O quàm pauci recordantur preclari illius dicti S. Iob: *Diues cum dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet.* Nam licet contra vsū & consuetudinem hominum sit, apertis oculis dormire, eum eosdem vt dormiamus claudere, & euigilantes aperire solemus; non tamen frustra diuitem apertis oculis dormire asserit D. Iob, quia, sicut ait B. Gregorius, quādo corpus obdormiscit in morte, tunc anima euigilat in vera cognitione, tunc nihil esse conspicit, quod tenebat, omnes res huius mundi non esse aliud quàm repræsentationem & figuram vanam, Deumque

*Iob 28.*

*Lib. 8. mor. cap. 10.*

F maxi-

maximam ijs præstare gratiam, quibus quod pot  
in hac vita laqueos & impedimenta sub one prom  
trahit diuitiarum. Domi

Nec contristetur aut desperet, si c  
familiam multa alenda sit, nec habeat vni  
eamdem sustentet, sed confidat in Deum  
qui enim præter meritum ipsum creauit  
& capacem fecit regni cœlestis, qui in  
demptionem & salutem eius preciosissi  
mum sanguinem suum effudit, qui volu  
eres cœli, pisces maris, & reptilia terra  
pascit, idem quoque prouidebit, ne quis  
quam illi desit eorum, quæ ad honestat  
filiorum cæterorumque domesticorum  
educationem & sustentationem neces  
saria sunt; qui enim dedit familiam, p  
dabit & panem, sic enim in Euange  
loquitur Christus: *Nolite solliciti esse, c  
centes, Quid manducabimus, aut quid bib  
mus, aut quo operiemur? hac enim om  
gentes inquirunt. Scit enim pater vester qu  
his omnibus indigetis.*

Matth. 6.

Quòd autem non ilicò nobis De  
inuocatus succurrat, vel diffidentia  
stræ causa est, vel quia fiduciam & fide  
nostram probare & augmentare vult,  
ut ait Apostolus: *Tentatio vos non app  
hendat, nisi humana, fidelis autem De  
est, qui non patietur vos tentari supra*

1. Cor. 10.

quod potestis . sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere . Ideoq; Dominus ac Saluator noster oneratos omnes ad se inuitat dicens : Venite ad me. *Matth. 11.*

omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde: et inuenietis requiẽ animabus vestris.

Iugum enim meum suauẽ est, & onus meum leue. Quã bene Dominus onus suũ iugũ appellat, in quo duos simul laborare cõuenit, Deum scilicet & hominem . Nam quia homo solus oneri impar est, idcirco laboranti & iam colla iugo submittenti continuò adest Deus, diuinum ei subministrans auxilium, vt cum Apostolo dicat: *Gratia Dei sum id quod sum : & gratia t. Corint. 15* eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui: non ego autem, sed gratia Dei mecum.

Similiter planè, honesta, sed à parentibus & amicis derelicta, ac necessitate oppressa virgo faciet. Hęc enim quando præ nimia paupertate seipsam vix panis sicco sustentare potest, vel iam ita afflictæ à diabolo suggeritur vt castitatem suam pretio postponat, ad Christum nudum in cruce pendentem confugiat necesse est, viriliterq; fortissimos lapidum

ictus sustineat, & tanquam Susanna a  
 rapudicitiae impugnantibus strenue  
 sistat, & ardentissimam potius cum  
 bus pueris ingrediatur fornacem, flammis  
 misque egestatis & inopiae se combu-  
 patiatur, quam libidinosi consentiant  
 matoribus. Nec dubium quin Deus  
 sicut & ceteros, conseruaturus ac con-  
 laturus sit, vt in medio ignis non  
 tur. Quod si Deus eam vsque ad morte  
 decertare voluerit, omnino se beatam  
 felicem predicet, quae & pro Christo  
 xi, & de superata libidine martyrij  
 obtinere meretur.

## CAPVT XVII.

QVOD AGENDVM SIT SI  
*firmitate aliqua vel amicorum  
 morte affligamur.*

Ecd. 30.

**Q**Vandoquidem manifestè satis  
 opinor, declarauimus, quid  
 paupertate oppressi agere debeamus,  
 cessarium fuerit iam indagare quid faci-  
 dum sit, si quando in dolores & mortem  
 varios inciderimus. Sapiens ait: *Salu-  
 mine in sanctitate iustitiae, & melior est  
 omni auro & argento: & corpus validius  
 quam census immensus. Non est census  
 census salutis corporis: & non est oblectamen-  
 tum*

fanna al  
 strenuē  
 us cum  
 cem, fl  
 se comb  
 onsentia  
 iDeusea  
 is ac com  
 non a  
 ad morte  
 e beatam  
 Christom  
 tyrij pat

*mentum super cordis gaudium.* Homo cum  
 sanus est, parui facit valetudinem suam:  
 verum si ab infirmitate aliqua arripiatur,  
 continuo amissam deplorat sanitatē, &  
 illius gaudium conuertitur in lamentū.  
 Aegritudo molesta & grauis est, quia  
 priuat nos sanitate, thesauro omniū di-  
 uitiarum preciosissimo: quæ quantò diu-  
 tius dirauerit, & difficilior, ac doloribus  
 magis plena fuerit, tantò magis Dei gra-  
 tia nobis opus est, vt eam patienter tole-  
 remus, quod hoc vel simili modo fieri  
 poterit.

II.  
 T S I I  
 orum

Primò consideret infirmus, Deum pa-  
 trem & creatorem omnium: hos sibi im-  
 mittere dolores, non ad voluptatem, quā  
 Deus inde capiat, sed ad correctionem  
 suam, vt ab amore terrestrium, & a carna-  
 libus desiderijs abstractus, meminerit  
 mundum hunc non esse patriam, sed lo-  
 cum exilij & proscriptionis suæ: nec ma-  
 num percutientem, sed voluntatem &  
 paternum Dei attendat affectum, qui e-  
 um corripit & castigat: Deus enim, inquit  
 S. Bernardus, præsciens quosdam pecca-  
 re posse, in salutem flagellat eos infirmi-  
 tate corporis, ne peccent: vt eis vtilius  
 sit frangi languoribus ad salutem, quàm  
 remanere incolumes ad damnationem.  
 Est pernicioza sanitas, quæ ad inobedi-

*De inter-  
 domo c. 46.*

entiam ducit: est & salubris infirmitas  
quæ per diuinam correptionem mente  
à duritia frangit & humiliat. Nec  
causa perniciosam sanitatem, & sa-  
brem afferit infirmitatem, quia sunt  
nulli adeò contumaces & immorige-  
ntes vt non nisi doloribus & tribulationibus  
grauissimis domentur ac corrige-  
tur.

Deinde agnoscat & intelligat Deum  
ingentem sibi præstare gratiam, si immo-  
rum cum à quo frequenter impugnari solent  
armis viribusque expoliet: nam dubium  
non est, quin valetudo prospera cadit  
aduersa verò resurgendi præbeat occa-  
sionem, dicit enim Propheta: *Mul-  
tæ sunt infirmitates eorum: postea acce-  
derunt. nec immeritò: reuera enim  
firmitates purgant, illuminant, & cor-  
borant animam præ cunctis tribula-  
tionibus nobis superuenientibus.*

Præterea diligenter perpendat ma-  
gnum & admirabilem ægritudinis fructum,  
quem percipit quando infirmitatem suam  
patienter de manu Dei susceptam, eidem  
pœnitentiæ & satisfactionis loco offert pro  
peccatis suis, pro quibus necessariò vel in  
hac vita voluntaria quadam vindicta &  
punitio desumpta satisfacere, vel postmodum

Psal. 15:

gnas in purgatorio pœnas luere debet. Verum quia fœciores, desidiosus, & carnalibus nimium dediti sumus voluptatibus; ideò Deus ex singulari quadam providentia aegritudines & molestias varias nobis immittit, vt æquanimiter eas perferentes, ex necessitate operemur virtutem, & coacti persoluamus, id, quod alioquin voluntariè nobis solvendum foret: nam Deus adeò bonus & misericors est, vt pœnas etiam non voluntarias, patienter tamen toleratas non minus acceptet, quàm si ex libera voluntate susceptas eidem obuliffemus.

Legimus de Sancto quodam quorandis infirmari solito, quòd cum quodam tempore præter expectationem à consueta aegritudine præservatus fuisset, supra modum, quasi iam à Deo proiectus & derelictus esset, doluerit, ideoque suppliciter eum deprecatus sit, vt pristinam sibi restitueret infirmitatem.

S. Aegidius ex inopinato sagitta percussus, sciens virtutem in infirmitate perfici, Dominum exoravit, ne quamdiu viveret vulnus hoc sanaretur, vt nimirum per dolorem illum externum carnales voluptates reprimere, & internis animæ vulneribus posset mederi.

*Ex historia  
Lombartica*

F 4

Cum



*Ex eadem  
historia.*

Cum S. Petronella principis Apostolorum Petri filia, ex voluntate patris febribus laboraret, discubentibus apud eum discipulis, dixit ad eum Titus. Cur omnes à te sanentur infirmi, cur Petronellam iacere permittis? Cui Petronella respondit. Quia sic ei expedit. Veruntamen ne putatis impossibilitatem sanitatis eius meis sermonibus excusari, Petronella surgit velocius, & ministra nobis, & continuo sanata surrexit, ac ministrauit illis. Completo autem ministerio dixit ei Petronella. Redi ad lectum tuum, statimque reuersa est, & sicuti prius febribus laborare cepit.

*Anton. 3.*

*part. hist. t.*

*23. ca. 4. §.*

*10.*

Inter cætera miracula à S. Dominico perpetrata, legimus, Romæ matronam fuisse, quæ eidem confiteri, & de manibus eius Dominici corporis & sanguinis sacramentum suscipere consueuerat. Hac cum incurabili morbo affligeretur, (vbera enim eius patefacta maxima vermum multitudine scaturiebant) Dominicus melius misertus, rogabat, vt vnum aliquod vermium istorum sibi porrigeret: quod cum aliquamdiu præ verecundia faceret renuisset, tandem precibus eius acquiescens, ingentem illi & nigro capite deformem porrexit, hac conditione, vt eundem sibi restitueret. Cùm ergò S. Dominicus ver-

mem

mem hunc visu horribilem manibus at-  
 tractaret, ac diligentius intueretur, ecce  
 vermis in lapidem preciosissimum con-  
 uertitur. Obstupefacta & attonita mulier  
 ob miraculi istius insolentiā, cum lachry-  
 mis eum sibi reddi petijt. Commotus la-  
 chrymis Dominicus restituit matronæ,  
 quod ab eadē acceperat, nō in vermibus sed  
 margaritæ specie; quam eū in eum vnde  
 desumpserat locum reposuisset, rursus eā  
 in vermem priorem mutatā sensit. Post-  
 quam verò Deus huiusce mulieris fidem  
 iam satis explorasset, per intercessionem  
 S. Dominici pristinæ eam restituit sanita-  
 ti. Quo sanè exemplo non aliud decla-  
 ratur, quā quòd omnibus infirmitates,  
 vel alias quascunq̃ calamitates & mi-  
 serias patienter sustinentibus vermes in  
 gemmas, & pœnas ac tribulationes in  
 gaudium & consolationem conuertantur.

Et non in campo solūm aut aperto  
 Marte, sed & intra domesticos parietes  
 verus Christi athleta pugnare, nec tan-  
 tum à tyrāno & hoste crudeli infectatus,  
 profundere sanguinem; verū meriam in  
 lecto decumbens, grauissimis à Deo pœ-  
 nis & doloribus afflictus, exerere vires,  
 & generosam animi sui constantiam o-  
 stendere debet, vt voluntarium sine san-  
 guinis effusione, pro Christi amore sub-

180 DE TRIBVLATIONE  
iens martyrium celestis beatitudinis  
mum, & coronam martyribus debitam  
consequatur.

Ante omnia autem quam potest di-  
gentissimè perpendat, quomodo vnige-  
nitus Dei Filius æqualis & consubstan-  
tialis Patri, in carne de purissimis sacra-  
tissimæ virginis Mariæ visceribus assump-  
pta, solius amoris nostri causa, cruci affi-  
xus, adeoque crudeliter flagellatus sit,  
vt à planta pedis vsque ad verticem capiti-  
tis non fuerit in eo sanitas. Vnde non  
immeritò *virum dolorum & scientem  
firmitatem*, ipsum Isaias Propheta appo-  
lat: *Verè enim languores nostros ipse tulit  
& dolores nostros ipse portauit: & nos pac-  
uimus eum quasi leprosum & percussum à Deo  
& humiliatum. Ipse autem vulneratus est  
propter iniquitates nostras, attritus est pro-  
pter scelera nostra: disciplina pacis nostra  
super eum, & liuore eius sanati sumus.*

Isai. 53

Quòd si ex parentum, mariti, vxoris  
vel filiorum, aut alterius cuiuslibet ani-  
corum morte processerit tribulatio, con-  
solatio & fiducia nostra Deus sit. Con-  
siderantes enim, quod qui dederit, idem  
quoque eos nobis abstulerit, cognosce-  
mus melius esse laudare & glorificare  
Deum p̄ diebus quib⁹ familiariter illis vi-  
sumus

simus, quam conturbari & conqueri, quod iidem nobis sublatis sint, præsertim cum ipse vniuersorum Dominus, velimus nolimus, absque vlla iniuria nobiscum iuxta voluntatem & beneplacitum suum agere possit. Et si is qui tantoperè desitetur, in vera Dei agnitione, & veræ fidei confessione, sacrosanctis Ecclesiæ Sacramentis munitus obdormierit, certò speremus ipsum iam frui, vel saltem breui perenni gloria, & beatissima Dei præsentia fruiturum, & eidem potius de felicitate adepta congratulemur & collemur, quàm de solitudine nostra, amico fidelissimo orbat, contristemur: nam verus amor non tam se vel suam, quàm amici quærit ac respicit utilitatem. Quapropter magnæ imprudentiæ & stulti ac frigidi amoris indicium est, si huius vitæ misérias attendentes, de felici amici liberatione & perpetua eius consolatione ac requie doleamus.

Adhæc etiam taliter afflictis recorde-  
mur nos breui & fortassè citius quàm ex *Cap. 7.*  
istimemus, amicum defunctum secutu-  
ros, ac propterea non molestè feramus,  
quod aliquantulum ad patriam supernā  
nos præcesserit; sed ita nos, omniaque  
nostra præparemus, disponamus, ac diri-  
gamus, vt per eandem viam & semitam

incedentes, diu optatum quandoque attingamus portum, & charissimo nostro amico tandem associemur.

Enimvero si dolor alio remedio superari omnino nequierit, tandem ratione & æquitate vincendus ac moderandus est,

2. Reg. 12.

quemadmodum à Dauide factum sacra testantur litteræ; vt vulnera, quibus tempus mederi solebat, saltem per obedientiam & prudentiam christianam curentur, perfecteque nos voluntati & beneplacito Dei ac Domini nostri conformemus,

Ioan. 11.

qui super Lazarum mortuum lachrymatus est, ad manifestandam humanæ naturæ fragilitatem. Hinc consolatur

Luce 7.

viduam, cuius vnicus filius defunctus esse ferebatur, præcepit ei ne desleret mortuum, quem statim receptura esset viuum.

1. Thes. 4.

Eiusdem planè nos admonet D. Paulus, cum ait: *Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini, sicut ceteri qui spem non habent. Si enim credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit: ita & Deus qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo.*

Lib. de mortal. 5. 6.

S. Episcopus & martyr Cyprianus, in eo quem de mortalitate cōscripsit libro, inter cætera ait: *Nobis quoque ipsis minimis & extremis, quotiens reuelatum est, quàm frequenter atque manifestè de*

Dei

Dei dignatione præceptum est, ut contesteret assidue, & publicè prædicarent, fratres nostros non esse lugendos accersitione dominica de sæculo liberatos, cum sciamus non eos amitti, sed præmitti, recedentes præcedere, ut proficiscentes & nauigantes desiderari eos debere, non plangi: nec accipiendas esse hinc atras vestes, quando illi ibi indumenta alba iam sumpserint: occasionem dandam non esse gentibus, ut nos meritò ac iure reprehendant, quòd quos viuere apud Deum dicimus, ut extinctos & perditos lugeamus, & fidem quam voce & sermone depromimus, cordis & pectoris testimonio reprobemus.

Denique si tristitia nostra non tam ex obitu amici, quàm ex metu & timore mortis propriæ proueniat, (quando quidem nihil morte terribilius homini accidere potest; non tantum omnium supradictorum; sed & illius meminisse oportebit, quod in eodem de mortalitate libro D. Cyprianus refert, dicens. *Cap. 7.* quidam de collegis & confacerdotibus nostris iam infirmitate defessus, & de appropinquante morte sollicitus comitum sibi precaretur, astitit deprecanti & iam penè morienti iuuenis honore & maiestate venerabilis, statu excelsus,

E 7, & ma-

154 DE TRIBVLATIONE

& maiestate venerabilis, statu excellenti,  
& clarus aspectu, & quem assistentem se-  
bi vix posset humanus aspectus oculis  
carnalibus intueri, nisi quod talem vide-  
re iam poterat de sæculo recessurus. At-  
que ille non sine quadam animi & vocis  
indignatione infremuit, & dixit. Pati-  
metis, exire non vultis, quid faciam vo-  
bis? Incepantis vox est & monentis, qui  
de persecutione sollicitus, de accensione  
securis, nõ cõsentit ad præsens desiderium,  
sed consulit in futurum. Audiuit frater no-  
ster & collega moriturus, quod cæterus  
diceret. Nam qui moriturus audiuit, et  
hoc audiuit, vt diceret: audiuit non se  
ille, sed nobis.

CAPVT XVIII.

*QVA RATIONE CONSOLARI  
se debeant coniuges nullas proles  
habentes.*

**N**Equaquam Matrimonio iuncti  
prætereundi sunt, sed illis etiam  
sicut & cæteris remedia quædam propo-  
nenda, quibus se in angustijs & tribulatio-  
nibus suis haud paruis & infrequentibus  
cõsolentur. Ac primò quidem de fo-  
minis pauca dicemus, de illis potissimè  
quæ natura steriles benedictione & fru-  
ctu

flu ventris sui se priuatas sentientes, nō parum contristantur.

Desiderium habendi proles, in coniugibus naturale & vehemens est, præsertim in mulieribus. Hinc Rachel vxor Patriarchæ Iacob, cernens quòd infœcunda esset, inuidit sorori suæ Liæ fœcunditatem, & præ dolore nimio penè mortua, ait marito suo: *Da mihi liberos, alioquin moriar. Cui iratus respondit Iacob, Num pro Deo ego sum, qui priuauit te fructu ventris tui.* Eundem planè affectum in Anna Samuelis matre animaduertimus: eum enim ipsa se sterilem cognosceret, hinc inde quasi desolata, mœrore ac tristitia plena discurrebat. Quin & hoc certissimum affectionis & desiderij istius vehementissimi argumentum est, quòd aimirum aliquæ mulieres ita filiorum cupidæ sunt, vt frequenter faciant ea, quæ non conueniunt, & quæ non sine maximo vitæ sanitatisque detrimento, & conscientia scrupulo facere possunt.

Optarem ego vt quotquot his vel similibus angustijs & sollicitudinibus macerantur, ante omnia diligēter cōsiderarēt, neminem præterquam solum Deum donare liberos, & sine ipso nec maritū, nec medicū, aut medicinā, vel aliud quæ  
lecun-

Gen. 30.

1. Reg. 1.



le cuiusque remedium cuiquam essentia  
 destituito suum esse tribuere, vel corpus  
 humanum in vtero matris formare, ne-  
 dum animam rationalem ex nihilo crea-  
 tam eidem infundere posse. Quod cum  
 ita sit, conuenit vt mulier christiana co-  
 formet & accommodet se beneplacito  
 Dei, libenterque suscipiat quicquid lar-  
 gitus fuerit, nec conturbetur, aut volun-  
 tate sua ad aliud appetendum feratur,  
 quod non ipse concesserit. nam sicut ait  
 I. Cor. 12. Apostolus, Deus *diuidit singulis prout*  
*vult.*

Secundò cogitet mulier in foetando  
 hoc ipsum quod pœnam arbitratur, sin-  
 gularem fortassè Dei esse gratiam sibi  
 præ reliquis præstitam; sola enim & ne-  
 da hac sollicitudine ab innumeris alijs  
 grauioribus curis, molestijs, & anxietati-  
 bus liberatur, vtpotè à doloribus & pe-  
 riculis, quibus prægnantes & parturien-  
 tes subiectæ sunt, quæ adeò etiam ma-  
 gna & grauiora esse perhibentur, vt quæ  
 ta sint non nisi expertæ sciant. Iam vero  
 puero in lucem edito, quis angustias &  
 labores, quis dolores & metus generati-  
 cis eius recensebit? quæ maior sollicitu-  
 do dici aut excogitari poterit, quàm ea  
 quæ est matris illius, ne scilicet filio suo  
 malum aliquod accidat, ne insolecat,

aut seductus & perditis ac desperatis afflo-  
 ciatus, mala morte pereat? Et quis pater  
 aut mater innumeris non premitur cu-  
 ris? Nam si puer adhuc paruulus sit, per-  
 petuo de eius educatione parentes angū-  
 tur: si grandiusculus, iam de fideli recto-  
 re & magistro solliciti sunt; quòd si im-  
 morigerus & inobediens sit, continuo  
 & incredibili mœrore consumuntur: si  
 contra humilis, mansuetus, & modestus.  
 parentibus obsecundet, iam non sine in-  
 genti tristitia illius timēt & verentur in-  
 teritum. Quid multa? quis non dolor pa-  
 rentes inuadit, quando eos quos genuerunt,  
 gibbosos, claudos, cæcos, surdos,  
 vel mutos contemplantur, quemadmo-  
 dum indies, presertim Principum & Ma-  
 gnatum filijs contingere videmus. Ni-  
 hil hîc de curis, & anxietatibus, nihil de  
 periculis cum educatione, conseruatione,  
 ac despōsatione filiarum coniunctis  
 dicam. quid enim si earum plures, paren-  
 tes verò pauperiores fuerint? an quicquã  
 hæc pœna durius, an quicquam intolera-  
 bilius? O quàm proborum liberorum ra-  
 rus est numerus, quàm pauci reperiun-  
 tur, qui solatium sint & vnicum leuamen  
 parentum? Heu miserum mortalium ge-  
 nus, quàm multi nascentes ingenti gau-  
 dio, morientes autem luctu maximo pa-  
 rentes,

rentes,

138. DE TRIBVLATIONE

entes suos afficiunt: quàm multi in reip,  
perniciem & ruinam, in familiæ suæ de-  
decus & ignominiã, in propriam perdi-  
tionem, & aliorum destructionem gene-  
rantur? Ergo netales beatæ censende  
matres, quarum lætitia in gemitum, &  
gaudium conuertitur in lamentum? ni-  
quid ipsæ felices se prædicant, quæ dicit  
maledicunt, quæ infelicissimos suos in  
hoc sæculum protulerunt natos? Si dolo-  
res, sollicitudines, anxietates, & labores  
quos filiorum causa sustinet mater in ta-  
bula depingi ac demonstrari possent,  
profecto ipsa sola pictura haud difficul-  
ter innuptæ connubium dissuaderet: nec  
dubium quin si foemina sterilis miseria  
foecunditati adhærentes consideraret,  
immensas Deo gratas ageret, quod sub-  
tractis liberis, ab innumeris pariter eam  
præseruauerit curis: nã quæ sine prole est  
mulier, hæc non nisi vnico affligitur do-  
lore, quæ autem pluribus mater est, ipsa  
quoque multis ac varijs agitur mole-  
stijs: Fortuna enim, inquit Euripides, est  
infortunata, infortunium desiderabile,  
& foelix infelicitas, non habere infan-  
tes.

Non me iam remorabitur inaudita  
& plus quàm belluina quorundam filio-  
rum truculētia, qui eos quos vitæ habet  
era

erant autores, crudelissimè trucidârunt: vt idcirco nō immeritò Legislatores decretis suis seuerissimam vindictam & pœnam statuerint his, qui tam crudeli, & tam inusitata ac peregrina tyrannide vsi fuissent. Et licet omninò hac in re matres terrere, aut timorem aliquem ipsis incutere nolim, affirmando simile sibi à filijs suis imminère periculum, nihilominus tamen metuendum dico, ne quod vicinis nostris contigit, idem quoque nobis eueniat, prorsusque sibi quælibet persuadeat, non omnes tales, quales fortasse optaret, futuros, in hoc potissimum malorum omnium turbine ac tempestate: ea enim est huius sæculi iuuentutis malitia, vt neglecta senectutis cura, omnisque reuerentiæ & obedientiæ debitæ oblita, solis appetitibus suis frena laxet.

Sed posito, reperiri aliquam matronarum quæ non tantum nullam supradictarum calamitatum perpeffa sit; venietiam adultum, obtemperantem, pacificum, ac benè moratum enutriet filium: quid indè? ideonè beata reputabitur? Quòd si DEVS eam quam vnicè diligit sobolem tollat, nunquid iam se felicem, an non potius infortunatarum omnium censebit infelicissimam.

cissi.

## 140: DE TRIBVLATIONE

licissimam? an non sicut agricola grauius dolet frumentum in spicas exiens grandine percussum, quam si de terra nunquam fuisset exortum; ita quoque ipsa tantò magis deplorabit perditam, quantò certius & securius eandem sperauerat se possessuram? Ad hunc ergò ingentem animi dolorem euitandum, nullum apertius & conuenientius remediũ excogitari potest, quàm nẽ absolutè à Deo proles petamus, aut aliud desideremus quàm quòd ipsi placitum fuerit.

Adhæc vellem, vt quotquot tantò pererorum desiderio flagrant, sedulo humilice desiderij sui causas perpenderent: Si enim tãto perẽ erga generis humani propagationem afficiuntur, certo credant, quòd qui potens est de lapidibus suscitare filios Abrahæ, ipsum quoque sine alicuius auxilio & additamento conseruare & multiplicare homines posse, nec aliqua indigere spica, cui tanti frumenti est abundantia: si infœcunditatem suam poenæ & maledictionis speciem esse arbitrantur, iam se toto cœlo aberrare sciant: nam etsi in veteri testamento scemina sterilis maledicta habita fuerit, tamẽ multò alia Ecclesiæ Christi sanguine cõsecrata ratio est, in qua virginitas non tantum non contemnitur, sed etiam singula-

singu  
longè

Q  
vel pr  
nis &  
tis dil  
nerin  
vniue  
dona  
sẽ exc  
ligant  
mnib  
fœcu  
comp  
fectus

Q  
rilem  
uit, v  
psa ser  
pre ar  
na An  
nena  
ait: Ve  
que Ph  
ius, &  
tem v  
De Sa  
ham e  
mauit  
inuice

gula-

singulariter remunerata, matrimonio longè præfertur.

Quòd si propter orbitatem liberorū, vel propter subtractionem benedictionis & coniugij fructus, minus se à maritis diligere ac honorari existimant, meminerint supradictorum, videlicet Deum vniuersorum Dominum distribuere dona sua prout ipse vult; præterea studiose excolantur, reuereantur, & arctius diligant viros suos, & quoad possunt in omnibus eis satisfaciant, vt quod deest fœcunditati, hoc ipsum beneficentia compensetur: taliter enim puerorum defectus amore suppletur.

Quid? nunquid Iacob Rachelem sterilem præ Lia fœcunda in tantum amauit, vt septem anni quibus Laban pro ipsa seruietat, pauci illi dies viderentur, præ amoris magnitudine? nunquid Elcana Annam Samuelis matrem præ Phenenna dilexit, scriptura attestante, quæ ait: *Venit dies, & immolauit Elcana, deditque Phenenne vxoris sue, & cunctis filiis eius, & filiabus partes: Anna autem dedit partem vnā tristis, quia Annam diligebat?* *1. Reg. 1.*  
De Sara sterili quid dicam? an non Abraham eam plus quàm exprimi potest amauit? an etiam Samsonis parentes se inuicem dilexerunt, etsi proles non haberent,

rent,

rent? de Zacharia & Elizabeth, cognatis,  
de Ioachimo item & Anna maioribus  
Christi secundum carnem eadem est sen-  
tentia: neque enim ipsis infœcunditas  
corpõris abstulit vinculum dilectionis,  
quo se mutuò fideles coniuges comple-  
cti debent.

Porro non ego hîc malum esse affir-  
mo, si vxores liberorũ desiderio flagret,  
multò minus si pro fœcunditate sua de-  
precentur Deum, aut naturalia, & vtilia  
ad fœcundandum vterum sterilem re-  
media adhibeant; tantummodò in hoc  
totus sum, ne scilicet ipsarum deside-  
rium nimis vehemens sit, aut nimium ob-  
sterilitatem suam contristatæ, quasi de-  
sperabundæ veneficarum & insipienti-  
um quarundam mulierum consilium se-  
quentes, periculosissimas sumant potio-  
nes: certò enim sciant nihil omninò ta-  
lia sibi profutura remedia, nisi auxiliatri-  
cem suam Deus apposuerit manu.  
nam si confidentes Deo superstitiona &  
muliebria ista inuenta contempserint, &  
caelestem patienter expectauerint bene-  
dictionem, procul dubio Dominus ora-  
tiones earum exaudiet, & fœcunditatem  
impertietur deprecantibus, dummodò  
ad diuinę maiestatis honorẽ & gloriam,  
ad proximi cõmodum & vtilitatẽ, & ad  
suam

suā ſuęq; familiæ cōduxerit ſalutē. Quòd ſi hoc fieri nequeat, nō video quare tanto perè liberos expetāt, præſertim cū nullos, velint nolint, adepturę ſint, vel ſi forte aliquos cōſequantur, eoſdē nō niſi liſtores & carnifices ſuos, & perpetuę fortalliſ damnationis ſuæ futuros authores.

## CAPVT XIX.

DE ALIIS QVIBVSDAM MOLEſtijs, quas coniugati patiuntur.

**E**T ſi ſterilitas coniugatis, præſertim mulieribus moleſta ac grauis ſit; eſt tamen quædam multò maior magiſque deploranda coniugum miſeria & tribulatio, ſi nimirum diſcordes ſint, & tanquam in campo aperto ſe inuicem oppugnent. Nam quid inconuenientius eſſe poteſt, q̄ ſi inter illos, apud quos ſumma pax & animi trāquillitas regnare deberet, maxima exoriatur diſſenſio, & pro concordia bellum, pro dilectionis dulcedine odij amaritudo, pro ſalubri denique medicina mortiferum appareat venenum? Sed vt accuratius de hac materia differentes ſingularem aliquā malè coniugatis conſolationem tribuamus, præſupponimus nonnunquam huiuſce diſſenſionis & diſcordiæ cauſam procedere ex corrupta radice & mala intentione.

tione



tione, qua scilicet temerè & per illicita  
 media in malum finem contrahentes  
 venerandum hoc Matrimonij Sacramen-  
 tum iniierunt; ita vt Deus per vnius pec-  
 cati poenam, reliqua quoque puniat de-  
 licta. Præterea videmus nonnullos con-  
 sideratè ac legitime iuxta præceptum  
 Dei & Ecclesiæ Catholicæ ritum & con-  
 suetudinem indiuiduam vitæ inire socie-  
 tatem, & tamen nihilominus tantis  
 inter eos oriri rixas & altercationes,  
 suauitas status illius in maximam animi  
 amaritudinem conuertatur. De prioribus  
 quidem hoc capite, in sequenti vobis  
 de posterioribus nobis agendum est.

Si Matrimonium abusu quodammodo  
 intentione mala prophanetur, ita vt  
 hoc Deus ad iracundiam prouocatus  
 latam sibi vliscatur iniuriam, mirum  
 non est id ipsum ingentis tristitiæ & ma-  
 tarum lachrymarum esse causam. Cum  
 enim introitus peruersus fuerit, haud  
 dubium quin cohabitatio dolore &  
 rumnis plena futura sit: & si intentio  
 bona, media autem incongrua fuerint  
 impossibile est, vt felicem exitum &  
 ctum bonum sortiatur.

Virgo quæ elocari desiderat, si in pu-  
 licum exornata, benè compta atq; con-  
 posita, procedat, si verborum lenocin-

utatur, & in conuersatione gratiosa sit,  
 si saltando, ludendo, cantando & osculā-  
 do, omniq; leuitatis genere animū ama-  
 toris sui demulcere studeat, si deniq; ei  
 pignus affectionis & sui erga illū amoris  
 indicium tradat; hæc & similia media ta-  
 lia esse dico, vt per ea non seipsam solum  
 virgo perdat, verū etiam amittat hoc,  
 quod prætendebat, ac consequi desidera-  
 bat. Nam licet adolescens, cui se matri-  
 monio iungi optat talibus blanditijs  
 & adulationibus allectus, in initio amo-  
 re illius æstuarē videatur; reuera tamen  
 non tam nuptiarum, quàm folius stupri  
 desiderio flagrat: quandoquidem leui-  
 tates & ingeniosas istas amoris irritatio-  
 nes dissolutarum magis, quàm honesta-  
 rum virginum proprias esse existimat.  
 Quod si eam in vxorem ducat, iam, vbi  
 amplexus ipsaque basia aliquantulum  
 præterierunt, paulatim refrigescit amor,  
 & ardentes flammæ cordis non nihil ex-  
 stinguuntur, ita vt iam antea acta mente  
 reuoluens, vxorem suam priusquam si-  
 bi desponsaretur, haud parum inhone-  
 stam fuisse suspicetur, simulque vereri  
 ac timere incipiat, ne quod exercuit libe-  
 ra, idem quoque faciat coniugali vincu-  
 lo constricta.

G

Dum

Dum hæc considerat, continuo ad di causam  
 tionem erga illam habitam alteri eo elega  
 dam minus fortassis verecundæ trib res, inq  
 promissæ fidei nescius, nec vllius sibi comput  
 scijs iuramenti. Atque hoc omnis o dotem  
 contentionis, inuidiæ, cunctarum de querit  
 que controuersiarum inter coniug per & b  
 exurgentium seminarium est: non al quam d  
 de procedēs, quàm quod Matrimon tuis Gro  
 institutum à Deo Sacramentum, per se diceb  
 cita media, quasi aliunde ascendēs, cunia si  
 non per verum ostium, vt ipse Chri Si diu  
 inquit, intrantes, susceperint. rus, spe

Ioan. 10.

Sunt alij, qui, cum meliori intentio xorem,  
 & saniori consilio connubium ino am tan  
 media tamen ad animi sui concep ducere  
 conseruandum necessaria vsurpare nuptiar  
 temnunt: plerunque enim contingit, eos & p  
 vir vel mulier generis potius & fami uis, ad  
 nobilitatem, diuitiarum siue bono pratū a  
 copiam, officij & dignitatis excell cū ipsa  
 tiam attendat, & maiorem persona quam p  
 mositatis & pulchritudinis, quàm nitatib  
 virtutis, honestatis, ætatis ac vale tissimu  
 nis, vel aliarum magis vtilium, me pulchri  
 que considerandarum qualitatū ues & f  
 spectum habeat, etiamsi eadem pra felicitat  
 ptie ac principales, reliquæ vero quam c  
 tam propriæ, quàm accidentariæ nub simo fr  
 di aliquo

di causæ sint. Hinc Seneca quodam loco eleganter: Digitis computamus vxores, inquit, quando nimirum digitis computamus pecuniam, quam nobis in dotem adferunt. Ac primum quod queritur, est; Quam diues est: Quasi pauper & bona non tanti esset æstimanda, quam diues & mala. Quanto prudentius Grecus ille Themistocles melius esse dicebat, virum sine pecunia, quam pecunia sine viro?

Si diues aliquis & nobilissimo stemmate clarus, speciosam, & iuuenulam ducat vxorem, ipse non se coniugem, sed sociam tantum voluptatum & vitiorum ducere existimat, ideoque peractis iam nuptiarum solemnibus, omnes ciuitatis viuos & plateas obambulat, interest conuiuijs, adit spectacula, inuisit hortos, nec pratium aut viridarium vllum est, ad quod non cum ipsa declinet, excolit etiam & exornat eam quam potest optime, cunctisque replet vanitatibus. Et sicuti naturaliter omnes, potissimum autem fœminæ in iuuentute, & pulchritudinis flore, ad leuitatem procliuues & faciles sunt: ita quoque nec maiorem felicitatem arbitrantur esse in cœlis, quam eam qua cum marito suo dilectissimo fruuntur in terris. At si transactis aliquot puerperijs paulatim liberorum

exerescentium cura occupentur, iam  
 ob partus frequentiam vxoris leuitas  
 libido intereat, lepores & facetię euan-  
 cant, formosam & floridam iuuentu-  
 frontem senilis raga contrahat; ad-  
 si possessiunculæ & hæreditates ad  
 tidianas delicias fastumque inceperit  
 consummandum non sufficiant, ita  
 non nisi ipsius sortis & solius matrimo-  
 nialis dotis vnicum restet solatium  
 tum diuendendi bona, alienandi præ-  
 ipsosque quos possident agellos & ad  
 alieno are grauandi media excogita-  
 tur, æstimantur torques, annuli, arma-  
 monilia, bacata denique & vermice-  
 ta vestimenta oppignorantur, demum  
 quicquid superest ornamentorum ve-  
 le proponitur, gaudentes si pretij  
 rum dimidium recipiant. Ex quo fit,  
 coniunx proba & ingenua sit, occul-  
 atque in abscondito plorare ac gemitu  
 non desinat, penitusque interius præ-  
 xietate & mœrore nimio consumatur  
 sin litigiosa & improba fuerit, contra-  
 vt contra maritum insurgens, quæ  
 furiosa & mentis expers tumul-  
 tur.

Neque tamen illud tribulationum  
 & malorum omnium extremum  
 sed quia plerumque diuites in ætate

iuuēnili vitijs dediti à sceleribus & impudicijs nullis abhorrent, nec quicquam intentatum relinquunt; idcirco vxore propria neglecta & contempta, tanquam perditæ ac desperatæ, ipsisque libidinosis actibus planè immersi, etiam cum meretricibus scortari non reformidant: quare colluione alijsque contagiosis morbis afflicti, & mercedem adulteris debitam percipiētes (prò dolor) ipsas pariter coniuges & liberos alienis sordibus inficiunt, atque hæc iræ, odij, indignationis ac iurgij causa est.

Præterea malo vitæ suæ exemplo matronas alioquin natura pudicas & honestas ad similia flagitia perpetranda provocant, ita ut omnem cum pudore & verecundia respectum exuentes, non tantum corpora fœda quadam contagione corrumpant; verum (quod maxime dolendum & vix absque vberima lachrymarum profusione dici potest) ipsas quoque animas suarum coniugum grauissima hac leuitatis & inhonestatis peste, tanquam venenatis quibusdam iaculis miserrimè transfigant: cum enim illis non cohabitaret Deus, accidit, ut matrimonium quod coniugatis solatium & paradysus esse debuerat, in crudelissimum conuertatur infernum.

Quisquis autem etsi paupertate & opia pressus, honestate tamen & cecomia præditus, sedulam in domesticæ administratione operam adhibuerit, diuinorum mysteriorum ignarus, matrimonium Sacramentum esse à Deo constitutum, arctissimumq; coniugalis nudi nodum, nisi sola morte dissolui disrumpi posse cognouerit; adhæc quis ex duabus animabus & ex corpore duobus animam vnã & corpus vnũ effecerit, onusq; grauissimum meris suis impositum patienter tolerauerit, labores etiam & molestias omnia christiana quadam discretione superauerit; vxorem denique sibi à Deo concessam atque concreditam amicè ac bene contemplatus fuerit, & si eam operæ ac votis omnibus respondere animauerit, iam se mortalium omnium felicissimum estimauerit; sin verò minus exactationi fatisfecerit, nihilominus tam vt coniugē charissimam dilexerit, & suo vitæ suæ exemplo reformatam imitauerit, & miseræ atque infirmitati illius compassus vnanimem, tranquillã & sacrificam cum ea vitam traduxerit, inquam, quisquis ipse fuerit, diuinã consequitur gratiam, & *in pinguedine terræ in rore cali desuper est benedictio*

cohabitatur enim & commoratur inter illos Deus, & cunctis eorum conatibus prosperum largitur effectum, quin etiam ipsis, liberisque ac posteris eorum honestum præstat alimentum.

Atque hoc ipsum est discrimen nubentium vel diuiti vitioso, vel pauperi virtutibus prædito. Verum quoniam nullus aut exiguus certè isti<sup>9</sup> habetur respectus, & diuitiæ magis quam virtutes attenduntur, idcirco, pro dolor, indies cernimus matrimonia tot ac tantis laboribus & molestiis exposita, innumeris penè etiam redundare aduersitatibus. Et quia uterque cum opibus potius quam cum persona fœdus iniit, idcirco maritus uxorem non ut coniugem diligens, sed ut famulam atque ancillam despiciens, haud quicquam magis in votis habet, quam ut ipsa defuncta dotalibus bonis gaudeat: contra mulier virum non ut maritum veneratur, sed tanquam fornicatorem & insanum amatorem contemnit, quem etiam adulterum reputans, iam sæpius se liberam exoptat, quo de bonis iuxta voluntatem & placitum suum constituere possit, quare alterum alteri nunquam visum esse, nedum nupsisse præstaret.

Eadem omninò de reliquis incom-

G 4 modi-



moditatibus inter coniugatos præcipue  
 cum ob generis nobilitatem & personam  
 dispositionem ac pulchritudinem, rum  
 sperati officij ratione accidentibus, de  
 possunt: nam etsi hæc non principalia  
 sed secundaria tantum matrimonij acci-  
 dentia sint, plerumque tamen, si sperata  
 expletis nuptiarum solennijs minus pro-  
 sperè succedant, aut non planè expecta-  
 tioni & voluntati eorum respondeant,  
 contingit vt sibi inuicem defectus suos  
 exprobrent, iamque serius pœnitentis  
 complosis manibus exclament: heu me  
 miserum, quid feci: hinc amoris præter  
 uehementia tristitiam & ingentè animi  
 dolorè generat, ipsa etiam mutua dilec-  
 tionis & beneuolentiæ affectio in odium  
 & voluptas in amaritudinem & gemitus  
 maximum permutatur.

Ad hæc etiam tribulationum & malorum  
 omnium in matrimonio occurren-  
 tium non rarò hanc esse causam opinor,  
 quòd nimirum coniuges sibi sanguine  
 iuncti sunt: videtur enim ipsa natura talibus  
 repugnare coniunctionibus, & velle  
 vt sanguinis & affinitatis habeatur respec-  
 ctus. Et certè non sine causa leges cum  
 diuinæ & ecclesiasticæ, tum ciuiles &  
 imperiales certos quosdam consanguini-  
 tatis gradus constituere, in quibus con-

trahere illicitum est: nam licet huiusce rei quandoque à sede Apostolica dispensatio obtineatur, sciendum tamen eandem ad solius tantum peccati excusationem, & conscientiae stimulum tollendum tribui, non autem quasi Deus per eam donaturus sit gratiam, & prosperum ac infortunatum in tali coniugio successum.

¶ S. Ambrosius à quodam amicorū suorum consultus, an filium nepti suae elocare liceret, seuerissimè ipsum in quadam epistola increpauit ac reprehendit, quòd simile quid cogitasset, consulens eidenè ne attentaret. quando quidem infausta; & maximè sinistra futura esset ista coniunctio, & concludens epistolam: Undè oportet, inquit, ab ea discedas intentione, quæ, etià si liceret, tamè tuam familiam non propagaret.

Sanctus item Gregorius ait: Quædam terrena lex in Romana Rep. permittit, vt siue frater, siue soror, seu duorum fratrum germanorum, vel duarum sororum filius & filia misceantur. Sed experimento didicimus, ex tali coniugio sobolem non posse succrescere.

Nulla hinc Regum, Principum ac Ducum,

G s

cum,

*Li. 8. Epist.  
ad Paternum.*

*Cap. 6. Interrog. August. Cantab. lib. 12. Epist.*

cum, aliorumque magnatum & illustrium virorum mentio est, quibus de causis ipsam remp. Christianam concernentibus, indiuiduam vitæ societatem cum propinquis & consanguinis inire permittitur, meritoque ac iure primo Apostolica sedes cum illis ad eundem vsque gradum iuxta Concilii Tridentini decretum dispensat; quæ tamen dispensationem idem Concilium hominibus priuatis, quantumuis honestis, nisi grauissimæ & iustissimæ causæ inciderint, denegat, & connubia hæc sub graui pœna interdicat.

*Sessio. 24.  
capite. 5.*

Solet etiam Deus nonnullos à conjugij copula tanquam electos & ad perfectiorem statum prædestinatos præseruare: qui si inspirationem Spiritus sancti sentientes, & instinctum ac ductum eius sequentes castitatem voueant, Religiosum ordinem profiteantur, postmodum autem sensualitate seducti poeniteant, & leuem aliquam ob causam contra conscientiam in eum quem in religione posuerant præterea retrahentes, matrimonium incurrant, non immeritò coniugia ista infelicissima amaritudinibus varijs replenda Deus consuevit.

Cum enim ipsi in contrahendo voluntati & inspirationi diuinæ obtemperare nolentes, inordinatis magis appetitibus, & desiderijs carnalibus acquieuerint, haud ita magnoperè mirandum, si voluptatis, pacis ac gaudij loco, nauseam, rixas, dissensiones, & tribulationes sustinentes, dignas leuitatis & temeritatis sue pœnas luant.

Etenim si res aliqua huius mundi sedulo considerata, certè status electio talis est, quæ non diligenti tantum, sed diligentissima etiam & maximè diuturna indigeat deliberatione, iuxta illud quod dicitur: Deliberandum est diu quod statuendum est semel: præsertim cum in ea totius vitæ consistat beatitudo: verum quia nihil est de quo minus solliciti sumus, quod diu cum minori præmeditatione aggredimur, quam ipsum statum, in quo finire vitam & ad extremum vsque spiritum constanter perseuerare proponimus, idcirco infinitis penè indies premimur & subiacemus calamitatibus; decet enim vt quod temerè inceptum est tribulatione perpetua compensetur.

Præterea sunt aliqui tam filiorum  
 G 6 Quam

quam filiarum, qui proprios sequentes appetitus, contra voluntatem parentum nubunt. nam et si, quantum matrimonij substantia attinet, ad legitimè contrahendum, non parentum, sed vtriusque tantum partis cōsensu requiratur & necessarius sit, nihilominus tamen honestum & æquum fuerit, vt filij & filiae parentes respiciētes, absq; eorū volūtate & cōsensu nulla ratione cuiquā se despondeant aut deuinciāt, considerantes quod non solum ab iisdem suum esse habeant, verum etiam quod de liberorū prosperitate & profectu ipsis filijs sollicitiores sint quippè qui senio confecti & iudicio rationis vsu valentes, iamque diuturnā experientia edocti, optime nouerunt quidnam filijs suis conducat ac proficiat. Quapropter cum Deus parentes a filiis præcipue velit ac iubeat honorari, mirum non est, eundem inobedientiam & despectum parentibus præstitum seuerissime etiam in hac vita vindicare.

Pius Quintus P. M. ex mandato Concilij Tridentini catechismum edidit, in quo inter cætera expressè præcipit, ante omnia adhortandos esse filios, ne vilatione absque parentum, tutorum vel curatorum suorum consensu matrimonium ineant: legitur enim in veteri testa-

mento  
fuisse e  
Qui m  
ne faci  
si dice  
est pat.

Ca  
rataru  
vt coi  
ficti c  
que c  
vnder  
cedat.  
trimo  
sciant  
pœnar  
obren  
gratia  
flagell  
ra.

Ad  
rumq;  
ad cal  
tioner  
statue  
enti s  
virtue  
ti perp  
insolu  
næ co

mento ipsos parentes quondam solitos  
fuisse elocare filios. Et D. Paulus inquit:  
*Qui matrimonio iungit virginem suam, be-* *1. Corint. 7.*  
*nè facit: & qui non iungit, melius facit:* qua-  
si diceret, desponsare filiam, proprium  
est patris, non filia.

Causis miseriarum iam commemo-  
ratarum idcirco diutius immoratus sum,  
vt cōiugati molestijs varijs agitati & af-  
flicti conscientiam suam intrēt, intima-  
que cordis perferutantes cognoscant,  
vnde tribulatio & pœna ista diuina pro-  
cedat. Quod si peccatum aliquod in ma-  
trimonio commissum depræhendant,  
sciant afflictionem istam temporalem  
pœnam esse & vindictam delicti. quam-  
obrem laudantes & benedicētes Deum,  
gratias eidem referant, quòd puniat &  
flagellet eos in hac vita, vt parcat in futu-  
ra.

Ad euitationem ergò horum alio-  
rumque similium incommodorum, &  
ad calamitosorum coniugum consola-  
tionem, omnes & singulos contrahere  
statuentes hortor & moneo, vt quid fa-  
cēuri sint, diligēter attendant, seduloque  
virtutem & dignitatem huius sacramen-  
ti perpendant, videlicet vinculum esse  
insolubile, & arētissimam maris & foemi-  
næ coniunctionem: quæ si feliciter ac-

158 DE TRIBVLATIONE

prosperè successerit, societas est familiarissima, & inexplicabili suauitate, utilitate, consolatione & iucunditate repleta. Sin verò aliter euenerit, dissidium & odium est plus quàm hostile, & tormentum ac martyrium sempiternum.

Quare inituri matrimonium, antequàmnia Deum præ oculis habeant, & in amore Domini procedentes, piè, honestè, christianè ac laudabiliter in patientia & summa animi tranquillitate per omnem vitam degant, vt graue onus, & indissolubile iugum humeris suis impositum minori cum difficultate tolerant atque sustineant. Hinc rectè quidam Sapienter. Accipe inquit æqualem, hoc est, non quæ familiae seu generis claritate, diuitiarum abundantia, ætate vel vitæ statu, sed quæ conditione & natura tibi æqualis & simillimus sit: ex æquabilitate enim vita exurgit conformitas, æterna pax, & concordia coniugatorum.

Quod autem illos attinet, qui infesto & infelici matrimonio cõtracto, tribulationibus, anxietatibus & miserè oppressi sunt, quia remedium aliud nullum superest, conuersi ad Dominum stultitiam & temeritatem suam deplorent, omnem operam adhibentes, vt amorem societatis in pœnam sibi à Deo concessa

per pa  
quin D  
sensur  
eorum  
solatio  
sit.

DE I  
YUM

ET  
EX  
vram  
etiam  
tamen  
acqui  
tarem  
decipi  
am ali  
uera s  
tempo  
tus va  
instab  
Eteni  
dam  
vxore  
magis

per patientiam lucrentur, nec dubium  
quin Deus illis dissidij loco pacem & cō-  
sensum vnanimem donaturus, & corda  
eorum molestijs varijs exacerbata, con-  
solationis suæ dulcedine recreaturus  
sit.

## CAPVT XX.

DE RELIQVIS CONIVGATO-  
rum tribulationibus, & quomodo in ijs-  
dem consolari se debeant.

**E**T si omnem, & quam possumus ma-  
ximam adhibeamus diligentiam,  
vtamurque medijs, quibus velimus, sit  
etiam intentio optima & rectissima, vix  
tamen possibile est, vt societas ista, quam  
acquirimus, talis sit, qualem fortasse op-  
tarem: plerumque enim, vel nos ipsos  
decipimus, existimantes & sperantes e-  
am aliter fore conditionatam, quam re-  
uera sit, vel conditio hominis successu  
temporis, & per diuersos fortunæ euen-  
tus variatur, aut certè naturales rerum  
instabilitates, mores hominum mutant.  
Etenim experientia ipsa docet, esse quos-  
dam adolescentes, qui dum adhuc sine  
vixore sunt, securam, dissolutā, & bestijs  
magis quā hominibus congruam vitam  
ducunt;



ducunt; alligati autem vxori, & domestica cura occupati, mutato iam animo & leuitatis eorum alis non nihil decurratis, ita mansuescunt, vt instar mollis cuiusdam ceræ tractentur. contra cernimus ex modestis & benè educatis adolescentibus, quandoque immorigeros, contumaces, & vitiosos euadere maritos. Videmus etiam ipsas Virgines verecundia, humilitate, fidelitate, & humanitate præditas, elocatas iam & nuptui traditas, effici feroces, litigiosas, & peiores viperis ac serpentibus.

Cætera omnia examinare, & vtrum placeant experiri possumus: equitatem namque equus, attractu bos, conuersatione & vsu quotidiano mâcipiū probatur. sola societas quæ matrimonio nobis ingitur onus occlusum est, vnde frequenter contingit, vt non prius defectus illius agnoscamus, quàm dum iisdem medentur omninò nequimus. Quare necessarium fuerit, vt nos, nostraque omnia Deo commendantes, sedulò gratiam & auxiliū eius imploremus, vt coniugium nostrum dirigat, quandoquidem conatus nostri præsertim in matrimonij rebus, lubrici, instabiles, & infortunati sunt, nisi prius in cælis perfecti & compositi fuerint. Dissensiones certè & rixæ plurimæ inter coniu-

coniu  
quod f  
reperit  
fraude  
tur, sol  
& dissi  
ris, vel  
oriri, it  
mestic  
vigeat

Non  
duna si  
& benè  
bere ac  
multo  
teria m  
relique  
excedē  
quæ ac  
iugum

Prin  
discor  
duas ar  
vnam:  
limote  
ri creau  
ossibus  
Quamob  
matrem  
duo in c  
coniu

coniugatos exurgunt, quando hoc ipsum quod se consecuturos sperauerant minus reperiunt: quamuis enim simultates & fraudes nullæ inter illos animaduertantur, solent tamen paulatim controuersiæ & dissolutiones variæ inter eos vel Vxor, vel Mariti, aut certè vtriusque culpâ oriri, ita vt altercatio, tormentum, & domesticum ac perpetuum inter illos bellum vigeat.

Non ego hîc quid coniugibus faciendum sit differam, multò minus regulam & benè viuendi normam iisdem præscribere ac tradere præsumam: cum enim & multi doctissimorum virorū de hac materia multa præclare scripta posteritati reliquerint, & ego propositi mei fines excederem; de illis solummodò agam, quæ ad consolationem afflictorum coniugum utilia fore iudicauero.

Primò itaque considerent coniugati discordes, non duas se esse personas, aut duas animas, sed corpus vnum & animam vnam: formauit namque Deus virum de limo terræ, foeminam autem ex costa viri creauit, vt sciret mulierem os esse, ex ossibus suis, & carnem de carne sua.

*Quamobrem relinquet homo patrem suum, et matrem, & adherabit uxori suæ: & erunt duo in carne vna.* Et alibi Christus ipse dicit: *Genes. 2.*

cite

Matth. 19.

cit: *Iam non sunt duo: sed vna caro.* Quia propter, si talem se erga vxorem exhibere maritus debet, qualem se vxor erga maritū exhibebit, qui & caput, & dominus ac pater eius est? quanto enim mulier natura debilior, tanto protectione & defensione viri magis indiget.

Docent Philosophi, veram amicitiam ex duabus animabus efficere vnam, ut eoq; Horatius Vergilium animæ suæ medium appellat. Sicutem Bernardus, in epistola quadā loquēs de aliquo amico suorum, ait, quod is esset alter ipse, quā sine ipso nusquam ire posset, eò quod corde amici sui securius dulciusque habitaret, quā in proprio. Quæ cum sint, quid non præstabit vxor, aut quid non reuerentiam exhibebit marito, ut illius & pater, & mater, & frater, & omnia est, quod possidet in mundo? cumque amicitia vera in voluntatum consensione consistat, cur etiam probi coniuges, non velint ac nolint quod alteri eorum placere aut displicere sciunt, præsertim cum sint vna anima, ac propterea, non nisi vnam eandemque habere debeant voluntatem? Quare fundamentum omnis concordie & vnanimis coniugatorum consensus sit, nempe, vt quæcunq; fuerit alterius coniugis, alter non tanquam

alio

aliena & peregrina, sed veluti propria, & personam suam concernentia æqui, bonique consulat: sanitas enim & infirmitas, honor & infamia, tristitia & gaudium, paupertas & opes, & si quæ sunt similia ad vnum aliquem eorum pertinentia, pertinent & ad alterum, nec aliter æstimari debent; quia interna hac affectione, grauia matrimonij onera supportanda sunt.

Ad hæc nobis ob oculos ponamus exempla pacificè quondam in matrimonio viuentium, præcipuè fœminarum gentilium, quæ licet verum Deum non agnoscerent, tamen in erroris sui tenebris, naturalis luminis ductum sequentes eò peruenère, vt Maritos suos in tantum dilexerint, tantaque illis constantia ministrauerint, vt per hoc & æternam sibi apud posteros laudem acquisierint, & in hunc vsque diem, tanquam exemplaria quædam viua mulieribus matrimonio iunctis imitandæ proponantur. Deus bone! fuere earum non pauca, quæ Maritis suis infirmis, vulneratis, vlceribus, & putredine infectis diu noctuq; interno quodam amoris affectu quàm diligentissimè seruiuerunt; nec seruiere tantum, sed & saniem & putredinem vulnerum eorū extergentes, vinctosq; & captiuos de carcer e  
edu-

educentes presentissimo sese mortis periculo exposuerunt, quinetiam nonnulla domos & agrös, parentes & filios deserentes & coniuges suos exilio multatos insequentes, vitam cum illis in egestate, tribulatione, & angustia maxima finiuerunt: de quibusdam denique legimus, quod Maritis defunctis superstites esse noluerint, vitam enim, ipsamque felicitatem suam in prosperitate Viri positam arbitrabantur. Hæc aliaque haud minori admiratione & laude digna fecerunt mulieres nullam habentes cognitionem gloriae & beatitudinis cœlestis, nec spem aliquam salutis æternæ, quæ etiam ne arcto quidem & sacro matrimonij vinculo Maritis suis coniunctæ erant, quod ineffabilem nobis Christi & Ecclesiæ representat unionem. Sed ubi, aut quot tales reperire est inter Christianas, quæ & strictiori tenentur foedere, & maiori subiacent obligationi?

Præterea coniuges, potissimum autem foeminae, omnes dissensionis euitent occasiones, præsertim, dum primò Maritis subiugantur: cum enim semper rixas, altercationes, & si quæ sunt similes offensiones euitare utile ac necessarium sit, tum vel maxime tunc, quando vtrumque alterius dignoscere animum, procurare affectum,

fectur  
conco  
ta al  
sensio  
sed co  
pare c  
ex cau  
ctis, p  
signes  
inquit  
xiles o  
dianæ  
diuell  
berni

Qu  
vt dict  
centur  
iam o  
comm  
ter se i  
queren  
viro, p  
blandi  
nemqu  
studea  
præbe  
sui se  
eidem  
filio &  
& dese

fectum, allicere amorem, & vnaui mes & concordēs fieri conuenit. Si tamen subita aliqua & insperata exorta fuerit dissensio, non eam radices agere permittat, sed continuo euellere, penitusque extirpare contendat. Nam vt febres Medici, ex causis natas cæcis ac minutatim collectis, plus quàm eas, quæ euidentes & insignes habent occasiones, metunt: sic, inquit Plutarchus, quæ vulgus fallunt exiles offensiones, perpetuæque ac quotidiana mulieris & viri dissensiones magis diuellunt & labefactant eorum contubernium.

Quapropter mulier honesta & proba, vt dictum est, elaborabit, vt diligat & contentum reddat Maritum suum, dabit etiam operam, vt illius se conformet & accommodet voluntati, adeoque prudenter se in omnibus gerat, ne iustam conquerendi causam habeat. Furente igitur viro, planè sileat & obmutescat, iratum blanditijs & dulci alloquio placare, omnemque nauseam resecare ac remouere studeat, nec aliquam ipsi stomachandi præbeat occasionem: desideria & animi sui secreta aperire, & tribulationes suas eidem participare non reformidet, consilio & beneplacito viri acquiescat, vitia & defectus eius detegat, nec quid inter v-

rum

trumque agatur, cuiquam reuelat, quia secreta coniugum sancta & inuiolabilia sunt, & septem occludenda seris. Denique reueretur, & Dei loco habeat virum, & in illo tanquam in speculo seipsam contempletur.

Si verò Mulier pro facultate & officio suo omnia ad sedandū Maritū media adhibuerit, omninò tamē nihil profecerit, sed ita dissolutus, vitiosus & mentis exasperatus sit, vt non nisi Deus eidem mederi possit; conuersa ad Deum, suppliciter illum deprecetur, vt & tanto malo succurrere, & patientiam sibi largiri dignetur agnoscat etiam tribulationem istam correctionem & flagellum esse Dei, quam à peccatis mundatam, in coelestem patriam introducere, & sanctorum choris associare disponit, si enim hac in re diuinæ se cōformauerit voluntati, haud dubiè Deus vel alleuiato onere dolorem mitigabit, vel saltem vires tribuet ad id quod hoc facilius & cum iucunditate quadam supportandum: quinetiam fiet solamen in pœnis, leuamen in circumnisiis, securitatem in periculis, & summam animi in afflictionibus tranquillitatem.

Quæ de Mulieribus iam dicta sunt, eadem de viris quibus improbe & male

ſæ vxores euenere, intelligenda ſunt; nã ſolet yterque nonnunquam ſimiles creature moleſtias, & animi amaritudines. Et quamuis meritò ſcœmina ſubiecta & ſubdita ſit viro, ideoque plura ab ipſo pati debeat; Maritus tamẽ tantò magis compatietur vxori, tantoq; maiori eam moderatione & diſcretionẽ reget, quantò naturã cognouerit fragiliorem.

Ad extremum omnes & ſingulos diſcordes & calamitoſos coniuges nõ ego, ſed D. Gregorius hortatur & admonet, vt nimirum eorum quiſque non tam quæ ab altero tolerat, quàm quæ ab ipſo tolerantur attendat. Si enim ſua quæ portantur conſideret, ea quæ ab altero ſuſtinet, leuius portabit.

*In 3. parte  
pastora. cu.  
re. Admo.  
28.*

## CAPVT XXI.

DE MODO CONSOLARI SE DEBEANT SPIRITUALES CONSOLATIONIBUS SPIRITUALIBUS DESTITUTI.

TRACTAUIMUS huiusque particularia quædam media, quibus ſeipſos conſolentur afflicti paupertate, ægritudine, vel morte propinquorum & familiarium, aliſq; terrenis aduerſitatibus, quas plerumq; mundi amatores magis deſlere conſueverunt. Nunc de alio tribulationum genere nobis



nobis dicendum; earum scilicet, quæ non  
temporalium, rerum uel mutabilium, sed  
coelestium donorum naufragium infe-  
rentes, animam supra modum molestant  
& affligunt. Quemadmodum enim Deus  
homines voluptuarios castigaturus, non  
eos spiritualibus (de quibus, pro dolore,  
parum solliciti sunt) uerum secularibus,  
quibus se totos quasi deuouerunt, priuat  
& exiit bonis, ut vel hoc saltem modo  
miseriam & stultitiam suam agnoscent  
tes, ad Deum conuertantur: ita contra, ho-  
minum secundum spiritum uiuentium  
probaturus fidem, non transitorias illis  
opes, non amicorum solatia, sed diuina  
subtrahit consolationes, quibus sublatis  
omnia uana arbitrantur. Quod certe  
euenire manifestum est, cum anima am-  
fisse se Dei gratiam existimat, quando e-  
dem loquitur, & non respondet, clamat  
& non exaudit, querit & non inuenit  
ut penitus iam à Deo proiecta & detra-  
cta uideatur, in quem omnem suam fidem  
etiam collocat. Quid uelim, qui ducunt  
sinuem, nouerunt & facile intelligunt  
hi, quos frequenter inuisit Deus, quos  
ad tempus, quando uult, deserit: contra  
reliqui omnes uitiorum & prauorum ap-  
petituum suorum fluctibus immerfi,  
nullam cum Domino coniunctionem  
habent

habent  
tempo  
absen  
rant.  
uotum  
potissi  
sentiu  
tis ma  
ficut e  
res sur  
carum  
pertis  
sentia  
tur, it  
uersita  
moue  
do rec  
tanto  
rectea  
menti  
niri au  
tia De  
agat,  
nam o  
totum  
rem.

Q  
fleter  
de vag  
dic, q

habentes, quantum præ cæteris rerum temporalium iacturis solius Saluatoris absentia doloris adferat, prorsus ignorant. Quare caput hoc spiritualium & deuotorum consolationi inferuiet, eorum potissimum, qui se à Deo quodammodo sentiunt desolatos, quæ certè pœna cunctis maior est sæculi calamitatibus. Nam sicut consolationes diuinæ excellentiores sunt, quàm vt verbis exprimantur, ita earundem priuatio incredibilis est inexpertis: & sicut anima recreata Dei præsentia omninò se felicissimam arbitrat, ita, vt nullis se tribulationibus & aduersitatibus contristari, vel leuiter commoueri posse confidat; eodem planè modo recedente, & iam terga sibi vertente, tanto mœrore & tristitia afficitur, vt nec recreari aut refici, nec doloris eius vehementia vlla re, vel minimum quidem leniri aut mitigari queat, adeò enim absentia Dei perturbatur & affligitur, vt quid agat, quid uè incipiat, prorsus ignoret, nam quicquid molitur, vel aggreditur, totum illud auget & accumulât mœrorem.

Quapropter vt viator à regia via deflectens, & per syluas ac nemora hinc inde vagabundus discurrens, inclinatio iam sic, quò se vertat, quò se pergat anxius,

H

&amp; iii-

& inter pericula medius hærens, præ anxietate & sollicitudine penè dementatur quia & progredi formidat, & regredi nequit, nec libet morari, & si lamentatur non adest qui consoletur, si vociferatur non exauditur, si tacet, stimulat malorum accusatrix conscientia: ita quoque anima à Deo desolata, & tribulationum fluctibus agitata, nec aliquod ad ipsum succurrendi medium inueniens, præ angustijs penè distrumpitur, nam quicquid querit, quicquid consolationis assumit, totum illud conuertitur in dolorem.

Desolatio hæc verè desertum illud est, ad quod Deus omnes de Aegypto seruitutute per repromissionem veteris sui liberatos deducit; cui non immerito maximam adhiberi vult fidem, quia cui pollicetur, rebus ipsis iam visu & auditu perceptis certiora sunt. Dum ergo anima in hoc deserto posita, & angustijs vobis que septa, anxia & attonita hæret, quæ ager, aut quomodo se consolabitur?

Oportet sanè vt in tantis periculis constituta, & quasi miseriarum turbulentiæ per immensum pelagus dissecta, anchoram suam in Deum confidentiæ non deserat, nec se huius tempestatis fluctibus agitari permittat, existimans se derelictam; si. n. instar nauis cuiusdam gubernatoris

tulo sp  
cul dul  
det, & e  
in perp  
yllum.  
alis, cer  
bus suc  
ac recre  
uini an  
gradus  
tingit, v  
auitaci  
alij inc  
rituale  
tanqua  
dulced  
ler, qu  
suefact  
gistro i  
Q  
sensibi  
eò san  
repute  
festissi  
solatu  
non o  
onis &  
seq; su  
bitrio,

culo spoliata per obliquum tendat, procul dubio in desperationis rupem incidet, & euerfa atque contracta postmodum in perpetuae calamitatis demergetur abyssum. Necessarium igitur est, vt spiritualis certò sciat, consolationes illas quibus suos quandoque in oratione reficit ac recreat Deus, non esse certissima diuini amoris indicia, nec perfectissimos gradus virtutum: frequenter enim contingit, vt perfectiores quique gustum suauitatis sensibilis minus sentiant, quam alij incipientes adhuc & curriculum spirituale à limine salutantes, quos Deus tanquam tenellos & paruulos lacte & dulcedine consolationis suae enutrire solet, quoad corroborati grauioribus assuefacti cibus, paulatim sine duce & magistro incedant.

Quocirca si cui consolationes istae sensibiles communicantur, is se non a idè sanctissimum, Deoque charissimum reputet, qui tunc primum censetur perfectissimus, quando ab eodem plane desolatus ac derelictus, exercitia tamen pia non omittit, sed arctiori quodam dilectionis & amoris vinculo Deum complectens, seque suaque omnia diuino ipsius committit arbitrio, & siue prosperè, siue aduersè quaeque

H 2

succe-

succedant, siue consolationes percipiatur, siue deseratur, siue pacis sit tranquillitas, siue belli tumultus, semper eidem adheret, semper inseruit, eodem feruore, eadem diligentia.

Ex quo satis liquet ad experiendam eandem famulorum, Deum sæpè delicias illis subtrahere spirituales, quatenus consolationes internas desuper sibi concessas esse intelligunt, ne scilicet, aut nimium propter illas extollantur, aut ipsi destituti desperent, vel immoderate dolent, sed, vt decet, perfecte in omnibus ambulantes, ac verè humiles, tantis donis indignos recognoscant. Quamquam que tribulatio ista spiritualis nihil aliud est, quàm priuatio quædam sensibilium consolationum, seu quædam quasi subtractio alimentorum, quibus anima referta & corroborata mandata obseruat, & per scabra virtutis itinera instar Helicæ incedere solet, qui sub cinericio panis peruenit, in fortitudine cibi illius peruenit ad montem Dei.

Præterea tanta est hæc animæ desolatio, vt à nemine præterquam ab experientia explicari satis possit: neque enim se tantum nullum solatiū percipere, quàm affligi ac vexari à Deo existimat, quippè, quæ solatijs omnibus destitutam, nec à seipso

nec ab  
vel patre  
sperant  
amicum  
quorum  
osorum  
Fuit q  
tus Suf  
bilis, m  
mirabil  
litò mag  
um, vt  
paruit a  
eum die  
propter  
gitare,  
potius t  
que sup  
meo to  
lia quoc  
set adue  
uit, inte  
uires p  
hoc fer  
hucusq  
treis; a  
lactabe  
stabis v  
tus, orb  
homin

nec ab alia qualibet creatura subsidium  
vel patrocinium aliquod sentientem aut  
sperantem, omnino deserere, & velut in-  
imicum tractare videtur, quemadmodum  
quorundam ordinis S. Dominici Religi-  
osorum declaratur exemplis.

Fuit quidam F. Henricus cognomina-  
tus Sufo, natione germanus, genere no-  
bilis, moribus, sanctitate, & perfectione  
mirabilis. Hic cum quodam tempore so-  
lito magis affligeretur, deprecabatur De-  
um, vt se à tantis liberaret molestijs, ap-  
paruit autem illi Dominus, & increpauit  
eum dicens: Si cruci te affligerem, non  
propterea despondere animum, aut co-  
gitare, qua ratione liberari posses; quin  
potius te ad illam, & ad aliud quodcu-  
que supplicium patienter pro nomine  
meo tolerandum, præparare deberes. A-  
lia quoque vice, quibus percutiendus ef-  
set aduersitatibus, eidem Deus declara-  
uit, inter quas tres cæteris omnibus gra-  
uiores proposuit, earumque postremam  
hoc ferme modo aperiens, Suxisti, inquit,  
hucusque, quasi infans lac ex vberibus  
meis; at in posterum, non simili modo  
lactaberis: neque enim has amplius gu-  
stabis voluptates, sed paupertate macera-  
tus, orbatus solatijs, vti totus à Deo &  
hominibus derelictus, affligeris & male  
tracta-

tractaberis ab amicis pariter & propin-  
quis, tantisque impugnatus molestiis, ex-  
tentabis varia, & nihil iuuabunt, sperabis  
auxilia, & non erit qui præstet, quæ  
requiem, & non inuenies, omnesque  
mul in te calamitates redundabunt, quæ  
ipsi prout prædicta fuerant, euenere.

Alterum huic non absimile legitur de  
virgine illa sanctissima Catharina Sa-  
nensi, quæ postquam præter solitum  
Domino visitata, & instar sponsæ dile-  
ctissimæ, humanissimè excepta fuisse  
tandem hoc desolationis peragrauit de-  
sertum, & ne guttulam vnâ aquæ salu-  
taris ad restinguendam sitim, nec pug-  
lum panis ad subleuandam famem  
ritualem inueniens, sed venenatis videri  
que septa serpentibus, circumdata feris  
circumuallata hostibus, recurrebat ad  
Deum, implorabat auxilium, clamabat  
fundebat lachrymas, nec exaudiebatur  
quia probaturus virginis animum post  
statem dederat Dæmonibus omnem  
am exercendi malitiam, totisque ex-  
viribus oppugnandi: nec quiequam mo-  
rabantur, parabant insidias, tentationes  
moliebantur, machinabantur concupis-  
centias, impuros exercebant actus, denique  
que in forma ac specie terribili apparen-  
tes, diuersis eam modis affligebant. Hæc  
alijque

alijsque coarctata angustijs, quid attentaret, quò se verteret, aut quem expectaret propugnatorem? confugiebat ad Deum, & ipse se occultabat, petebat subsidium, & desolabatur; quanquam tunc non derelicta, sed maximè associata esset Deo, imò illius protectione defensa, qui eam deseruisse videbatur.

Verè hæc crux durissima & ponderosissima est, ad quam bannilandam vix humeri sufficiunt gygantum, quare non nisi hominibus varijs tribulationibus exercitatis eam imponit Deus. Dum ergò similes nobis subtrahi sentimus consolationes, oportet, vt humiliati nos indignos, & iustissimè iisdem priuatos profiteamur, vel quia tanquam ingrati & benè vti nescientes nostris meritis illas ascripsimus, & superbia inflati alios non habentes quasi minus dignos contempsimus, & in deprauatis affectibus mortificandis negligentiores, non perfectè voluntatem nostram Deo resignauimus, parui pendentis inspirationes diuinas, sola liberalitate ipsius nobis concessas; aut certè quia à peccato aliquo occulto & inordinato appetitu animus noster detinetur captiuus. Quãobrem intima cordis accuratius perscrutanda & examinanda,

H 4. & à for-



& à fordibus peccatorum, cunctisque De  
bonitati contrarijs, quàm diligentissimè  
purgāda sunt: quod cum pro virum no-  
strarum magnitudine præstiterimus, &  
cunq̄ue ipsi de nobis statuere & facere  
placuerit, patienter sustineamus; si con-  
solatur, suscipiamus gratanter; si defert  
aut affligit, nec de hoc magnoperè con-  
tristemur. nam licet medicina hæc facta  
amara sit, nihilominus tamen ad animam  
proderit salutem, & si quid solatij nobis  
defuerit, hoc ipsum humilitatis, patien-  
tiæ, dilectionis, perseverantiæ & reb-  
quarum gratia & excellentia virtutum  
compensabit, quæ tantò consolationis  
spirituali, alijsque supradictis donis  
indulgentijs præstantior est, quanto  
nis melior medijs, quibus illum acqui-  
mus.

Mulier multum dilecta viro, & ab eo  
dem honorificè tractata, non magnope-  
rè laudatur & extollitur, si vicissim amat  
ac diligit virum, & cuncta ei prospere  
imprecetur, ministret sedulò, & prom-  
tam præstet fidem dū præsens est: at que  
folius fœderis & matrimonialis vinculi  
memor, Maritum ita procul degentem  
vt, quasi vxoris oblitus, nec per literas  
nec per alios, de valetudine, vel de reditu  
suo, alijsue necessarijs eam certio-  
rem faciat.

ei, aut derelictam consoletur, nihilominus, nec aliam ob causam, quam quia Maritus est, reueretur ac diligit, ipsa verè laude digna, verè fidelis, verè constans censenda est.

Idem omninò dilectissimo animæ nostræ sponso faciendum, præsertim, cum ab ipso desolari & malè tractari videmur quòd ideò diligētius nos præstare oportet, quia certiores sumus de amore illius erga nos, quàm vel Mulier vlla de mariti sui in se affectu fieri possit: nouimus enim & certò scimus, Deum nunquam suorum, vt solent homines, obliuisci; nam etsi quandoque occulterur, minimè tamen planè subducitur nobis, sed cum longius abesse putatur, iam proximus est, & feruentiore dilectionis suæ flammâ, cor nostrum accendit, ne consolatione subtracta languescat.

Quòd si destitutio & desolatio ista tanta fuerit, quantam supradictorum Religiosorum B. Catharinæ scilicet & Henrici fuisse commemorauimus, imitemur illos, vt detictis profligatisque hostibus, cum ingenti animi læticia & salute victoriae palmam obtineamus: legitur enim in vita memorati fratris, quod varijs afflictus molestijs, & crebris desolationibus exercitatus, dixerit: Si labores & calamitates

lamitates tolerantibus gloria propoſita  
 eſt ſempiterna, quid moramur? compo-  
 ſiamur vt conregnemus, crucifigamur  
 cum Chriſto, vt & conglorificemur  
 quia quibus Deus affligit, iſdem quoque  
 conſolatur afflictos. Ipſum enim  
 taliter poſtmodum conſolatus eſt, vt  
 cere conſueuerit: Si quis aduerſitates  
 miſerias patitur, quantum voluerit  
 mentetur; quod me concernit, nihil  
 quam mali in mundo pertuli, nec ſci  
 quid ſit crux & afflictio, probe autem  
 noui, quid gaudium & exultatio.

De Sancta Catharina Senenſi quæ  
 dicam? Hæc plurimis & grauiffimis  
 leratis ac ſuperatis anguſtijs & tenta-  
 tionibus, ad dilectiſſimum læta recur-  
 ſum, cum Beato inquit Anthonio  
 Deus meus & Saluator meus, vbi late-  
 quando te vocabam, & quare me derel-  
 linquebas? Cui Dominus: Non ſola  
 dilecta mea; quia antequam me voca-  
 res, aderam, antequam quæreres, ad-  
 ſum, cum pugnares, auxiliabar, conga-  
 dens & congratulans tibi de victorijs  
 neque enim laboribus, ſed patientia  
 morum delector. Poſtmodum autem  
 à DEO ita plenè adeoque perfectè con-  
 ſolata & recreata fuit, vt omnino gra-  
 tiæ particulares ipſi communicatæ  
 Inc

incredibiles viderentur, nisi ab Authoribus fide dignissimis literis commendata essent, & bonitas Dei in clientes fideliter sibi famulantes, humanum excederet intellectū. Quare nō immeritō aiebat gloriosa spōsa Christi: In manibus Domini mors est vita, morbus sanitas, labor requies, & infernus parady sus.

His omnibus animæ sanctæ instruuntur, ne conturbentur si diutius fortè spōsus absit vel emanat, nec desperent, aut consternatæ dormiant, sed patienter ac vigilantes illum expectent, quoniam veniens veniet, & non tardabit.

## CAPVT XXII.

*QVOD OMNIS NOSTRA FIDUCIA collocari debeat in meritis Christi,  
& qualem hæc consideratio nobis suppeditet consolationem.*

**I**Nter angustias & tribulationes nobis superuenientes, illud maximè nos cōturbat & affligit, q̄ Deū cum benignū & misericordem, tum etiam iustum & seuerum peccatorum sciamus & agnoscamus vltorem; & quia delictorum nostrorum non est numerus, summopere timendū, ne nos beneuolis misericordiæ suæ oculis nō sit respectus. Nā cū amoris

## 180 DE TRIBVLATIONE

obiectum bonum sit, in corporibus autem animabusue nostris nihil boni habitet, sed cloaca & fimetum quoddam foetidissimum, & vitiorum scaturigo appareat, consequens est, Deum, cui manifesta sunt omnia, & quem nullum latet secretum, nec errare aut falli, nec diligere posse id, quod odium & detestationem promeruit. Atque hoc ipsum excruciare animos, & querelarum, sollicitudinum, diffidentię, desperationis, aliorumque multorum malorum solet esse principium; seipfos enim magis quam infinitam Dei bonitatem, vel inexplicabiles & indeficientes meritorum vniuersi Domini nostri Iesu Christi thesauros, per quę vniuersa nobis peccata remittit, contemplantur & considerant. Et quamuis præter hoc, in quo scilicet omnis fiducia & vnicum tribulationis nostrę solamen fundatum ac positum est, aliud nihil præsentis capitulo declarandum intendam, mirabilem tamen etiam discursum à Domino Ioanne de Auila elegantissimè de amore Christi erga homines compositum, proponam.

Ad meliorem autem mensuram, quę Dei dilectionem metiemur, intelligentiam, oportet vt oculos à nostris suis consideratione auersos dirigamus ad

Christi  
nos, ex  
ipsi in  
lo quo  
calesti  
mus C  
mento  
simas o  
naquæ  
videlic  
gratia  
Ecclesi  
tissima  
Prin  
uinam  
rum pe  
fortite  
natura  
person  
dicam  
Gra  
lum q  
illam o  
tione  
scilicet  
Con  
fit Pat  
homin  
illis m  
sum, it

Chr

LIBER PRIMVS. 181

Christum. neque enim amor eius erga nos, ex perfectione quæ nobis, sed quæ ipsi inest, nascitur, nec proficiscitur ex illo quod in nobis, sed quod in Patre suo caelesti contemplatur. Hinc præsupponimus Christo in conceptionis suæ momento, tres præclarissimas & præstantissimas concessas esse gratias, quarum vnaquæque in suo genere fuerit infinita, videlicet gratia hypostaticæ vnionis, gratia vniuersalis, vt totius foret caput Ecclesiæ, & gratia singularis, quæ sacratissimæ eius animæ data fuit.

*Gratia Saluatoris nostris.*

Primò sanctissima hæc humanitas diuinam recepit essentiam, quando nimirum personæ secundæ SS. Trinitatis, ita fortiter vnita & coagmentata est, vt ex natura diuina & humana, & vna tantum persona subsistat, & verè ac Christianè dicamus, eundem hominem esse Deum.

Gratia hæc censetur infinita, non solum quia ipsissima est diuina, quæ per illam donatur, essentia; verum etiam ratione modi quo tribuitur, per vnionem scilicet personalem.

Concessa quoque est ei hæc gratia, vt sit Pater vniuersalis & caput omnium hominum, & infundat ac communicet illis merita & charismata suarum virtutum, ita, vt quæ Deus, sit Pater, quæ verò

H 7 homo,

homo, princeps & caput sit omnium ho-  
 minum. Ratione itaque huius princeps  
 tus data est ei gratia infinita, quò homi-  
 nes ex ipso tanquam ex fonte gratiarum  
 & sanctitatis oceano, gratiam hauriant.  
 Undè & sanctus Sanctorum nuncupatur  
 non tantum quia sanctorum sanctissi-  
 mus & maximus; verum etiam quia san-  
 ctificator est omnium, & quæ sanctifi-  
 canda & consecranda sunt, de manu ip-  
 sus sanctitatis splendorem suscipere de-  
 bent. Nam sicuti mortales omnes se ho-  
 mos Adami profitentur, & ab eodem re-  
 ra profecti sunt; ita omnes supernaturæ  
 gratia regenerati, ab Adamo secundum  
 Patre scilicet futuri seculi, procreantur.  
 Et hæc quoque gratia infinita est, quia  
 tendit se ad genus humanum, quod se-  
 ipsum in genere suo infinitum est: neque  
 enim certum aliquem aut determinatum  
 numerum habet, sed indies multiplicari  
 potest; ita vt omnibus in se multiplicari  
 necessario insit gratia & meritum san-  
 ctissimæ animæ Christi.

Tertia gratia singularis fuit, quæ gra-  
 tia *gratum faciens* appellatur. Et hanc de-  
 dit illi Deus in sanctificationem & in  
 perfectionem, quæ & ipsa singulari quodam  
 modo infinita dici potest, quia com-  
 plectitur cuncta quæ ad gratiæ essentiam

per tin-  
 di vel  
 que gra-  
 Spiritu  
 vt in im-  
 maris  
 na attri-  
 nica q  
 non in  
 psa.

Pra  
 sui qui  
 quinir  
 conce  
 uinam  
 denter  
 riam v  
 plane  
 ris, qu  
 Hæc o  
 cessaf  
 ficent  
 namq  
 dotati  
 mam  
 guttin  
 Specin  
 omnib  
 vt eid  
 Qu

pertinent, excepto quod nihil ad illā ad-  
di vel adiungi possit. Quinetiam & aliæ  
que *gratiæ gratis datæ* nominantur, ipsaq;  
Spiritus sancti dona Christo cōcessa sunt,  
vt mirum anima eius sanctissima instar  
maris cuiusdam omnia gratiarum flumi-  
na attrahat, & in se recipiat, adeò vt ne v-  
nica quidem gratiæ guttula supersit, que  
non in ipsam fluat, refluatque ex i-  
psa.

Præstitit ergò Deus humanitati Filij  
sui quicquid facere & præstare potuit:  
quinimò data est illi gratia vt in ipso  
conceptionis suæ momento videret di-  
uinam essentiam, & perspicuè atque eui-  
denter cognosceret maiestatem & glo-  
riam verbi, cui vnita erat, quò eadem  
planè essentiali gloria repleretur in ter-  
ris, quā modò possidet in dextera patris.  
Hæc omnia sanctissimæ huic animæ cō-  
cessa sunt ex mera Dei gratia, & magni-  
ficentia, nullo præcedenti merito: simul  
namq; iuncta fuere creatio & prædictarū  
dotatio gratiarum; Deus enim sacratissi-  
mam vnigeniti sui humanitatem, D. Au-  
gustino teste, tanquam diuinæ gratiæ  
specimen & exemplum, ita perfectam &  
omnibus modis absolutam esse voluit,  
vt eidem nihil addi posset.

Quare cū sanctissima hæc anima ipso  
feli-



felicissimo conceptionis suæ moment  
 videret immensam & inscrutabilem De  
 bonitatem, & eam seruitio atque infini  
 to amore dignam esse cognosceret, quæ  
 putas illam amasse Deum, aut quo serui  
 endi & diuinæ maiestatis honorem  
 gloriam propagandi desiderio flagrasse  
 existimas? cumque collata sibi beneficia  
 perpendens ad Regnum se nasci con  
 spiceret, quod tamen regnum bellica  
 virtute, aut hasta non acquisiuisset, & eo  
 dem puncto ab omnibus creaturis, & ab  
 ipsa quoque cælesti hierarchia, vt Apo  
 stolus ait, adoraretur; cum, inquam, hæc  
 omnia cerneret. quali putas affectione  
 dilexit illum, qui eam sic glorificauit &  
 exaltauit? Valere Cherubin ac Sera  
 phim hanc comprehendere, aut Angelica  
 lingua exprimere dilectionem? Enimus  
 modo præstitum hoc beneficiū & agnoscent  
 & exhibere se gratum nemo melius po  
 test, quam sincerus sectator humilitatis  
 & quia nulla cælestium & terrestrium  
 creaturarum humilior anima Iesu Chri  
 sti, idco consequenter quoque nulla  
 ad seruiendum promptior, & pro perc  
 ptis donis Deo gratias agendi studiosior  
 fuit.

Porro cum sacratissima Christi anima  
 Deum grauissimè humano generi in  
 sum

Heb. 2.

tum, &  
 di com  
 præsent  
 cordi su  
 nerasse  
 ren & te  
 stare, &  
 tia, à se,  
 mor inf  
 cipiend  
 nimadu  
 titia, qu  
 que cup  
 ritate ta  
 existim  
 lectum  
 nedum  
 fati vel  
 Per h  
 tionem  
 gnoscit  
 gratiam  
 dilectio  
 pter vni  
 tanto c  
 non in  
 psun d  
 se arbit  
 omniur  
 one etia

tum, & omnia crimina ab origine mundi commissa, & deinceps committenda presentia cerneret; qualem putas hæc cordi suo amore & gratitudine pleno generasse dolorem? Præterea cum Deum remittere iram, & de salute humana tractare, & onus hoc ex amore & obedientia, à se, cuius erga genus humanum amor infinitus & inenarrabilis esset, suscipiendum & consummandum fore animaduertet, quam alacritate & lætitia, quo fervore & desiderio, qua denique cupiditate, obedientia, & ignita charitate tali holocausto vtrò se obtulisse existimas? Impossibile profectò est intellectum humanum capere & intelligere, nedum linguam aliquam hæc omnia expressere vel eloqui posse.

Per hanc considerationem & cognitionem dignitatis Dei, vt Deus est, cognoscimus pariter & infinitam Christi gratiam, & inexplicabilem eius erga nos dilectionem. Si enim SS. Martyres propter vnicam Saluatoris gratiæ guttulam tanto desiderio moriendi pro Christi nomine flagrârunt, quanto Christum ipsum desiderio honorandi Patrē flagrasse arbitraris, qui Sanctus est Sanctorum omnium, cuius respectu seu comparatione etiam tota reliquorum Sanctorum

fan-

sanctitas & gratia vix tanta est, quantum  
 minutissimū quodlibet punctū in circulo  
 maximo, & lumen stellarū ad solis splendorem?  
 Quid? An non B. Andreas Apostolus viuendo quodam in cruce patienti  
 & moriendi desiderio gestiebat, quam  
 præ gaudio exultans in corde saluabat  
 & amplectebatur crucem? quibus non  
 dentibus amoris flammis S. Ignatij  
 mus aestuabat, cum ex Syria Romam ad  
 martyrium perductus, feras à quibus  
 dilacerandus erat, saluantes appellauit  
 ac diceret, quòd etsi bestiae sibi parcere  
 vellent, se tamen eas ad sui dilaniationem  
 impulsurum? Quid de craticulo  
 Beati Laurentij dicam? quid de ignis  
 turno quo quidem corpus exterius consumi  
 sumebatur, interior tamen animi ardor  
 non modò extingui non poterat; verum  
 etiam in tantum confortabatur, ut flammarum  
 exteriores sibi rosae viderentur,  
 quò amplius adurerent, eò maiorem  
 taret refrigerationē? Quid de sancti  
 Fructuosi martyrij voto aut de immensa  
 caritate Patriarchae Dominici charitate  
 feram, qui non solum martyrio  
 sed etiam vnumquodque membrum  
 suorum proprio & peculiari quodam  
 tormento affligi & excruciarī exopta-  
 bat?

Qu  
 di deli  
 tantū  
 rimo g  
 rant; c  
 ue ard  
 se puta  
 dantia  
 Domi  
 sua pr  
 libet is  
 videren  
 Patri fr  
 nebatu  
 cum ho  
 perpetu  
 nus fu  
 Baptis  
 orbor v  
 Hui  
 tamqu  
 perpest  
 plo gra  
 minim  
 amori  
 dam su  
 patieba  
 Maior  
 ius affe  
 neribus

Quapropter cum tam ingenti patienti desiderio Sancti estuârint, qui vnicam tantum (vt supra dictum est) ex hoc vberissimo gratiarum fonte guttulam hauserant; quam cupiditate, quo zelo, quoque ardore vel æstu fontem ipsum flagrasse putas, ex cuius plenitudine & abundantia reliqua omnia dimanant? Hinc Dominus noster tantoperè ob mortis suæ prolongationem angebatur, vt quælibet istius moræ hora integer ei annus videretur; nam tanto se pro salute nostra Patri suo cælesti offerendi desiderio teuebatur, vt triginta tres anni, quibus cum hominibus in terris conuersatus est perpetua ipsi crux & longum martyrij genus fuerint. Vndè non immeritò dixit:

*Baptismo habeo baptizari: & quomodo co- Luce 12.  
artor vsque dum perficiatur?*

Huius amoris & desiderij causa tot tamque horribiles iniurias & cruciatus perpeffus est: & quamuis dolores isti duplo grauios & truculentiores fuissent, minimè tamen desiderio & interno eius amori satisfacissent, quia aliud quoddam supplicium omnibus tormētis quæ patiebatur grauius sustinere exoptabat. Maior quoque erat interna cordis eius affectio erga nos, quàm exterius vulneribus suis demonstrare valebat: imò

imò si millies ipsi mori demandatum fu-  
 isset, vti semel mori mandatum est, libe-  
 tissimè id ipsum peregisset; & si necessa-  
 rum fuisset redemptionis nostræ causa  
 extremum vsque diem in crucis pendere  
 patibulo, non tantum illud non zgre  
 aut molestè tulisset, sed pro cuiusque  
 iam salute lubens volensque hoc ipsum  
 tolerasset, quippè qui à dilectione sui  
 neminem excludit, & cuius gratia om-  
 nibus patet. Atque hoc verum spei &  
 fiducia fundamentum, anchora nauis,  
 nauigationis nostræ meta est, & portus  
 securus, ad quem, tempestate periculis  
 exorta, confugiamus & appellamus.

Christus me diligit propter patrem  
 & vt Patri obediat, moritur pro me: Pa-  
 ter per merita & obedientiam Filij con-  
 dona mihi peccata. Quæ cum ita sint  
 cur ego tali Filio tali que patri non con-  
 derem? Obedientia Patri à Filio exhibi-  
 ta causa est amoris illius erga nos: ne  
 aliam ob causam parcat nobis Pater, quia  
 quia intercedit Filius, & hoc ipsum pro  
 nobis meretur à Patre. Et quia Filius in-  
 tuetur cor Patris, inde prouenit vt nos  
 ligat, quandoquidem sic eius requirit  
 obedientia: & quoniam Pater vulnerat  
 desiderium Filij contemplatur, ex con-  
 templatone ista remedium, auxilium

& beat  
 rita ips  
 Ex hac  
 mnes g  
 quibus  
 mundu  
 aeraru  
 Quar  
 sine in  
 do quic  
 conspo  
 pender  
 lis; Ex t  
 te pecc  
 in debi  
 tium in  
 rantia  
 dit.  
 Om  
 fide &  
 ti, disci  
 nco, su  
 priori, c  
 mo & c  
 quam p  
 uitijs, t  
 vniri p  
 mus, ea  
 & vbi c  
 bra, qu

& beatitudo nostra oriuntur. quia sic me-  
rita ipsius exigunt.

Ex hac contemplationis vicissitudine, o-  
mnes gratiarum influentiae procedunt,  
quibus Ecclesia regitur non secus ac  
mundus ab aspectu & dispositione Pla-  
netarum, vti docent Astrologi.

Quare o Pater aeternè & vnigenite Fili  
sine intermissione vos intueamini, quan-  
do quidem ex infinito hoc & ineffabili  
conspectu, tota nostra salus, totaque de-  
pender felicitas. O aspectus inestimabi-  
lis; Ex te diuinæ gratiæ radij oriuntur, ex  
te peccatorum remissio, fortitudo Dei  
in debilitate, societas in solitudine, sola-  
tium in afflictione, fiducia & perseue-  
rantia in desperatione nostra proce-  
dit.

Omni igitur studio huic Domino in  
fide & charitate tanquam membra capi-  
ti, discipuli præceptori, milites capita-  
neo, subditi fideles Regi, captiui redem-  
ptori, creaturæ creatori, sponsa suauissi-  
mo & charissimo sponso, denique tan-  
quam pauperes & infelices mendici di-  
uitijs, thesauro & supremo nostro bono  
vniri procuremus. nam si vniti ipsi fueri-  
mus, eadem euenient nobis quæ & ipsi,  
& vbi caput fuerit, ibidem erunt & mem-  
bra, quemadmodum David ad Abiathar

an-

1. Reg. 22.

animo consternatum aiebat: *Mane me  
ne timeas: si quis quaesierit animam meam  
quaeret & animam tuam, mecum; seruaberis.*

Maximum certè & efficacissimum  
omnium tribulationum nostrarum  
medium est, vt nimirum ad hunc Domi-  
num confugientes sub vmbra alarum  
ius protegatur, & Regium ipsius ven-  
lum sequentes in cunctis afflictionibus  
& infirmitatibus nostris, subleuatis ocu-  
lis Christum in cruce pendentem intue-  
amur, & meritorum atque obedientiam  
Filij & beneplaciti Patris in Filio rece-  
demur. Cùm enim Deus Pater illo po-  
simus tempore quo inimici eius con-  
mus, Filium suum nobis non petentibus  
imò nec tale quid fieri posse suspicantibus,  
vltro obrulerit, quid modò petentibus  
& rogantibus denegabit? quid denegare  
mihî poterit, qui filium suum vniuersum  
nitum nõ denegauit? & sicut Apostolus

Rom. 8.

Paulus inquit: *Qui etiam proprio Filio non  
pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit  
quomodo non etiam cum illo omnia  
donauit? Circudent nos licet peccata  
præterita, cruciet timor futurorum,  
cum eant nos demones, accusent, &  
dientur, terreant & persequantur, dicit  
infernus guttur suum quantum voluerit  
& mille sese pericula ostendent, certè*

men &  
stros in  
mum  
& vsq  
cerimu  
trem o  
esse de  
saluten  
benedi  
tem, m  
Parent  
gant Fi  
concep  
quid ne  
corde P  
cruci af

AD F  
senten

H A  
&  
ctarum,  
serto err  
Dei præ  
breuiter  
colatia o

men & securi sumus quod si oculos nostros in benignissimum, obedientissimum, & misericordissimum Christum & vsque in finem nos diligentem conicerimus, certi inquam sumus, Deum Patrem ob amorem Filij sui nunquam nos esse derelicturum, præsertim cum tanti salutem nostram fecerit, vt Filium suum benedictum pro nobis tradiderit in mortem, mortem autem crucis. Cum enim Parentes etiam carnales tantoperè diligant Filios, vt ipsos solum intuentes conceptam omninò remittant iram; quid non aspectus talis Filij efficiet in corde Patris, quem propter obedientiam cruci affixum videt?

## CAPVT XXIII.

ADFERVNTVR QVÆDAM  
*sententia Seneca, de sufferendis huius  
 vite calamitatibus.*

**H**ÆC ad calamitosorum coniugū, & personarum spiritualiter afflictarum, & in turbulento tentationum deserto errantium, & dulci atque amabili Dei præsentia destitutaū consolationē breuiter dicta sint: quæ etiam remedia & solatia omnib. tribulatis, infamatis, falso accu-



accusatis & alijs quibuscunque iniuriam  
 affectis, non minus vtilia esse possunt.  
 Postremò egregias quasdam sententias  
 à præclarissimo Philosopho Seneca  
 inceptorum, afflictorum, & tentatorum  
 solatium, & tribulationis mitigationem  
 prolatas, & literis commendatas, adieci-  
 gam. Quamuis enim in sacris paginis  
 sanctorumque Patrum voluminibus, abun-  
 dans & superfluum satis lumen ad lucen-  
 dum vitæ tenebras dissipandas, & omnia  
 præsertim ad consolationem & com-  
 persionem nostram, necessaria inueni-  
 ganda reperiamus, quia, vt Apostolus  
 ait: *Quæcunque scripta sunt, ad nostram  
 doctrinam scripta sunt: vt per patientiam  
 & consolationem scripturarum, speremus:*  
 nihilominus tamen me operæ  
 pretium facturum putavi, si sequentes Senecæ  
 sententias, non tam ob miram  
 eorum elegantiam, quàm ad nostram con-  
 solationem adiungerem. nam cum splendidi-  
 oribus diuini luminis radijs illustrati,  
 maioris gratiæ auxilium & certitudinem  
 quoddam Philosopho illo salutis & certitudinis  
 æternæ pignus habeamus, nihilominus colligimus,  
 multò maiori patientia quælibet nobis aduersa toleranda  
 in his alijsque similibus casibus Christi  
 Domini ac Saluatoris nostri & reliquorum

Rom. 15.

ram S  
 N  
 cui ni  
 licuit  
 liffu  
 tamen  
 visus  
 fortun  
 fugit.  
 Mis  
 fuiti  
 tam.  
 quiden  
 sui, exp  
 sitent  
 Sin  
 animi,  
 vbi fec  
 bernat  
 mare, &  
 si aliqu  
 probet.  
 Præ  
 uersa ro  
 re, quaf  
 enim v  
 Dei fier  
 re est, &  
 Illis  
 repenti

ram Sanctorum imitanda esse exempla.

Nihil mihi videtur infelicius eo, cui nihil vnquam euenit aduersi. Non licuit enim illi se experiri. Vt ex voto illi fluerint omnia, vt ante votum: malè tamen de illo dii iudicauerunt. Indignus visus est, à quo vinceretur aliquando fortuna, quæ ignauissimum quemque refugit.

Miserum te iudico, quòd nunquam fui tibi miser, transisti sine aduersario vitam. Nemo sciet, quid potueris: ne tu quidem ipse. Opus est enim ad notitiam sui, experimento, quid quisque posset nitentando non didicit.

Simul verò cogita, non esse magni animi, se rebus prosperis fortem gerere, vbi secundo cursu vitæ procedit. Nec gubernatoris quidem artem, tranquillum mare, & sequens ventus ostendit. Aduersi aliquid incurrat oportet, quod animū probet.

Præcipuum est: posse læto animo aduersa tolerare: quicquid acciderit, sic ferre, quasi tibi volueris accidere. Debuisses enim velle, si scisses omnia ex decreto Dei fieri, flere, queri, ingemere, desciscere est, &c.

Illis grauis ipsa fortuna est, quibus est repentina. Facile eam sustinere potest

*Lib. de pro.  
cap. 3*

*Eodem lib.  
cap. 4.*

*Lib. de con-  
sol. ad Mar-  
ciam ca. 6.*

*In prefat.  
lib. 3. quest.  
Natur.*

*Lib. de con-  
ad Heluiã  
qui, cap. 5.*

194 DE TRIBVLATIONE  
qui semper expectat. Nam & hostium  
uentus eos prosternit, quos inopina  
occupauit. At qui futuro se bello  
bellum parauerunt, compositi & ap-  
primum, qui tumultuosissimus est, ictu  
facile excipiunt.

*Epist. 78.*

Leuis dolor est, si nihil illi opinio  
iecerit: Contra si exhortari te coeperis,  
dicere: Nihil est, aut certè exiguum  
duremus, iam desinet: leuem illum, dum  
putas, facies. Ad opinionem dolemus  
tam miser est quisque, quam credit. Qui  
iuuat perituros dolores retractare, & mi-  
serum esse, quia fueris? Naturale est, ma-  
sui sine gaudere. Circumcidenda  
duo sunt, & futuri timor, & veteris  
commodi memoria. nam & hoc praesens  
rijt, & incertum est vtrum illud futurum  
sit. Quemadmodum perniciosior est  
hostis fugientibus, sic omne fortunam  
incommodum magis instat cedenti & re-  
uerso.

*Lib. de rōs.  
ad Polyb.  
cap. 23.*

Omnes mortales circumspice. Lari-  
vbique flendi & assidua materia. Alii  
ad quotidianum opus laboriosa ege-  
vocat. Alium ambitio nunquam quiete  
solicitat. Alius diuitias quas optauerat  
metuit, & voto laborat suo. Alium  
licitudo: alium labor torquet. Alium  
per vestibulum obsidens turba. Hic

bere se dolet liberos, hic perdidisse. Lachrymæ nobis deerunt, antequam causa dolendi. Non vides qualem vitam nobis rerum natura promiserit, quæ primum nascentium omen fletum esse voluit? Hoc principio edimur, huic omnis sequentium annorum consentit ordo: sic vitam agimus: ideoque moderatè id fieri debet à nobis, quod sæpè faciendum est: & respicientes, quantum à tergo rerum tristium immineat, si non finire lachrymas, at certè referuare debemus. Nulli parendum est rei magis, quàm huic, cuius tam frequens vsus est.

Si ad naturam viues, nunquam eris *Epist. 16.*  
pauper: si ad opinionem, nunquam diues. Exiguum natura desiderat, opinio immensum. Quam si secutus fueris, quò plus habueris, plus desiderabis.

Nemo alius est Deo dignus, quàm qui *Epist. 18.*  
opes contempsit: quarum possessione tibi non interdico: sed efficere volo, vt illas intrepidè possideas: quod vno consequeris modo, si te etiam sine illis beatè victurum persuaseris tibi, si illas tanquam exituras semper aspexeris.

Multum est, non corrumpi diuitiarum *Epist. 20.*  
cõtubernio. Magnus est ille q. in diuitijs

pauper est: sed securior, qui caret diuitijs.

Paupertas, inquis, mihi grauis est, imò tu paupertati. Non in paupertate vitium est, sed in paupere. Illa expedita est, hila-

*In excerptis* ris, tuta. Pauper sum, inquis. Nescis teo-  
(*vi volunt*) pinione, non re laborare. Pauper es,  
*è Seneca.* quia videris. Pauper sum, inquis. Nihil  
deest auibus. Pecora in diem viuunt. Fe-  
ris ad alimenta solitudo sua sufficit.

*Lib. de vita  
beata. cap.  
23. & 24.*

Diuitias nego bonum esse: nam si ef-  
sent, bonos facerent. Nunc quoniam  
quod apud malos deprehenditur, dici  
bonum non potest: hoc illis nomē nego.  
Pone in opulentissima me domo, pone  
ubi aurum argentumque in promiscuo  
vsusit. Non suspiciam me ob ista, quæ  
etiam si apud me, extra me tamen sunt.  
In sublicium pontem me transfer, & in-  
ter regentes abige: non ideò tamen me  
despiciam, quòd in illorum numero cõ-  
sideo, qui manum ad stipem porrigunt.  
Totum fortunæ regnum despiciam: sed  
ex illo, si dabitur electio, molliora sumã.  
Quicquid ad me venerit, bonum fiet: sed  
malo faciliora ac iucundiora veniant, &  
minus vexatura tractantem.

*In Excer-  
ptis.*

Pecuniam perdidisti. Fortasse te illa per-  
didisset. Pecuniam perdidisti. Sed habuisti.  
Pecuniam perdidisti. Sed habebis inde pe-  
ricu-

riculi-  
cem, si  
si ma-  
felicis  
cta est  
quam  
or, do-  
mebis  
si inte-  
num p-  
miseri-  
cussus  
tristis  
quam  
niam.  
antè p-  
Nat-  
quid p-  
dus ex-  
perire  
Dis-  
am co-  
diam l-  
aspicer-  
pudeb-  
rata re-  
anim-  
vincul-  
bis po-  
Quo-

riculi minus. Pecuniam perdidisti. O te felicem, si cum illa auaritiam perdidisti. Sed si manet illa apud te, es tamen utcumque felicior, quòd tanto malo materia subducta est. Perdidisti pecuniam. Et illa quidem quàm multos. Eris nunc in via expeditior, domi tutior. Non habebis, sed non timebis heredem. Exoneravit te fortuna, si intelligis, & tutiore loco posuit. Damnum putas; remedium est. Desles, gemis, miserum te clamitas, quod opibus excussus es. Tuo vitio ista tibi iactura tam tristis est. Non tam molestè ferres, si tanquam perditurus habuisses. Perdidisti pecuniam. nempe quam ut tu haberes, alius antè perdiderat.

Naufragium, inquis, feci. Cogita non quid perdidideris, sed quòd euaseris. Nudus exij. Sed existi. Omnia perdidisti. Sed perire potuisti vnà cum omnibus.

Discamus continentiam augere, luxuriam coercere, gulam temperare, iracundiam lenire, paupertatem æquis oculis aspicere, fragilitatem colere, etiam si nos pudebit desiderijs naturalibus, paruo parata remedia adhibere, spes effrenatas, & animum in futura eminentem, velut sub vinculis habere, id agere, ut diuitias à nobis potius quàm à fortuna petamus.

Quid est præcipuum? non admittere in

*Ibid.**Lib. de tranquill. anim. e cap. 9.**In præfat. l.*

3. *quæst.*  
*Natur.*

animum mala consilia, puras ad cælum manus tollere, nullum petere bonum, quod ad te transeat, aliquis dare debet, aliquis amittere optare, quod sine aduersario optatur, bonam mentem: cæterum magno æstimata mortalibus, etiam si quis domum casus attulerit, sic intuentur quasi exitura, quâ venerint.

*In excerptis.*

Oculos te perdidisse, ploras. Habes et nox suas voluptates. Oculos te perdidisse, ploras. Quam multis cupiditatibus via incisa est, quam multis rebus carebis, quas ne videres vel eruendi erant? Non intelligis partem innocentie esse cecitatem? Huic oculi adulterium monstrant, huic incestum, huic domum quam concupiscat, huic urbem & mala omnia. Ceterum irritamenta sunt vitiorum, ducesque scelerum. Dolor, inquit, imminet. Si exiguus est, feramus, leuis est patientia. Si grauis est, non leuis est gloria. Dolor clamorem exprimat, dum secreta non exprimat. Non potest homo par dolori esse, nec rationi dolere. Dura res est dolor: immo tu mollis. Patiens ei dolorem ferre potuerunt. Simus expatiens. Imbecilles natura sumus. Naturam infamare nolite. illa nos fortes genuit. Fugiamus dolorem. Quomodo fugiamus qui sequitur fugientes?

*Epist. 99.*

Superuacuum est dolere, si nihil doli

pro

proficias. Deinde iniquū est queri de eo quod vni accidit, & omnibus restat. Deinde desiderij stulta cōquestio est, vbi minimū interest inter amissū & desideratē. Eō itaq; æquiore animo esse debemus, q̄ quos amissimus sequimur. Quisq; aliquem queritur mortuū esse, queritur hominem fuisse. Omnes eadē conditio deuinxit. Cui nasci cōtingiat, mori restat. Interuallis distinguimur, exitu equamur. Hoc q̄ inter primū diē & vltimū iacet, variū, & incertū est. Si molestias æstimas, etiā puero longū: si velocitatē, etiā seni angustum. Morieris. Ista hominis natura est, non pœna. Morieris. hac conditioe *In excet-*  
 intraui vt exirē. Morieris. Gentiū ius est, *plis.*  
 quod acceperis, reddere. Morieris. Peregrinatio est vita. Multum cum deambulaueris, domum redeundū est. Ad hoc veni, hoc ago, huc me singuli dies adducunt. Nascenti mihi natura protinus hūc posuit terminum. Quid habeo quod indigner? Nec primus, nec vltimus. Multi me antecesserunt, omnes sequentur. Sed iuuenis morieris. Fortasse alieni malo subducit me fortuna; si nulli alij, vel senectuti.

Amisi liberos. Stultus es, qui desleas *Ibid.*  
 mortē mortaliū. Quid istud aut nouū, aut mirū est? Quā rara est sine isto casu dom⁹.



Ducuntur ex plebeia domo immatura  
funera, ducuntur & ex regia. Mors, exilium,  
luctus, dolor, non sunt supplicia, sed  
tributa viuendi.

*Lib de cōf.  
ad Palyb.  
cap. 21.*

Maximum solatium est, cogitare id tibi  
accidisse, quod ante se passi sunt omnes,  
omnesq; passuri: & ideò mihi videtur  
rerum natura, quod grauissimum fecit,  
commune fecisse, vt crudelitatem ferri  
consolaretur æqualitas. Illud quoque  
te non nimium adiuuerit, si cogitaueris  
nihil profuturum dolorem tuum, nec illi,  
quem desideras, nec tibi. noles enim  
longum esse, quod irritum est.

*In eodē lib.  
c. 28. & 29.*

Fruitur nunc (Frater) aperto & libero  
cælo, ex humili atque depresso in eum  
micuit locum, quisquis ille est, qui soluta  
vinculis animas beato recipit sinu: &  
nunc liberè vagatur, omniaque rerum  
naturæ bona, cū summa voluptate per-  
spicit. Erras, non perdidit lucem Frater  
tuus, sed securiorem sortitus est. Illud  
quoque necesse est te adiuuet cogitan-  
tem, non iniuriam tibi factam, quod ta-  
lem fratrem amisisti, sed beneficium de-  
tum, quòd tam diu pietate eius tibi vi-  
fruiq; licuit. Iniquus est, qui muneris sui  
arbitrium danti non relinquit: auarus,  
qui nō lucri loco habet, quod accepit, sed  
dāni quod reddidit. Ingratus est, qui in-  
iuri-

iniuriam vocat finem voluptatis: stultus, qui nullum fructum esse putat bonorū, nisi præsentium, qui non & in præteritis acquiescit, & ea iudicat certiora, quæ abierunt, quia de illis ne desinant, non est timendum. At inopināti ereptus est. Sua quemque credulitas decipit: & in eis que diligit, voluntaria mortalitatis obliuio. Natura nulli se necessitatis suæ gratiā facturam esse testata est. Quotidiē præter oculos nostros transeunt notorum ignotorumque funera: nos tamen aliud agimus, & subitum id putamus esse, quod nobis tota vita denuntiatur futurum.

Quid enim est noui, hominem mori, cuius tota vita nihil aliud quàm ad mortem iter est?

Quereris, non tam diu vixisse filium *De consol.*  
tuum, quàm potuisset. Vnde enim scis an *ad Marciā.*  
diutius illi expedierit? an illi hac morte *c. 21. & 22.*  
consultum sit? Quem inuenire hodie potes, cuius res tam benè positæ sint & fundatæ, vt nihil illi procedenti tempore, timendum sit? Labuntur humana, ac fluunt. Nulla pars vitæ nostræ tã obnoxia aut tenera est, quàm quæ maximè placet. Ideoque felicissimis optanda mors est: quia in tanta inconstantia turbaque rerum, nihil nisi quod præterijt certum est. Quis tibi recepit, illud pulcherrimum

I 5 filij

filij tui corpus, & summa custodia, inter  
luxuriosę vrbis oculos conseruatum, po-  
tuisse ita morbos euadere, vt ad senecta-  
tem formę illęsum perferret decus: Co-  
gita animi mille labes. Neque enim re-  
ceta ingenia, qualem in adolescētia spes  
sui fecerant, vsque in senectutem per-  
lerunt: sed interuersa plerumque sunt.

Hoc est propositum Deo, quod sapi-  
enti viro, ostendere hæc quæ vulgus  
appetit, quæ reformidat, nec bonis  
esse, nec mala. Apparebunt autem bonis  
esse, si illa non nisi bonis viris tribueris  
& mala esse: si malis tantum irrogau-  
erit.

*Lib. de  
provid.*

Hæc omnes sententiæ sunt Seneca  
Philosophi grauissimi, quæ nos docent,  
quibus armis contra insultus miserabi-  
lis huius vitę pugnare debeamus: qualia  
que remedia capiendā nobis sint, ne tribu-  
lationibus tribulationum opprimamur.  
Ipsas autem non ad instructionem tan-  
tum, verum etiam ad confusionem no-  
stram inducere placuit.

Atque hæc pro primo huius tracta-  
tus libro sufficiant, in quo de remedijs  
aduersus tribulationes particulares nec-  
cessarijs, agere statueram: nunc de cala-  
mitatibus generalibus, quibus congre-  
gationem, ciuitatem, prouinciam, & in  
tegrum

tegrum quandoque regnum affligere so-  
let, pauca dicemus, & quomodo in illis  
nos gerere debeamus, diligenter perscru-  
tabimur. Priusquam autem alteram hu-  
ius tractatus partem aggrediamur, neces-  
sarium fore iudico enodare ac soluere  
quæstionem hanc obstupescendam &  
admirandam, quare nimirum impijs pro-  
spera, bonis verò aduersa plerunq; De-  
us largiatur.

## CAPVT XXIV.

*CVR DEVS IMPIIS PRO-  
spera, bonis autem aduersa in hac vita  
largiatur.*

**N**on tantum peccatorum vulgus ad-  
miratur q̄ p̄bis sepe numero tribu-  
latis & afflictis, impijs iuxta voluntatē &  
votum omnia prosperè succedant; ve-  
rū etiam Sancti, intimi ac familiares  
Dei amici conqueruntur. Iob patientissi-  
mus inquit: *Quare impij viuunt, subleuati* *Cap. 21.*  
*sunt, confortatiq; diuitijs?* Itē Ieremias Pro-  
pheta: *Quare via impiorum prosperatur: bene* *Cap. 12.*  
*est omnibus qui prauariantur, & iniquè a-*  
*gunt?* Et alibi Abacuc: *Quare respicis contem-* *Cap. 1.*  
*ptores, & taces, conculcans impio iustioremi-*  
*se?* Regius quoque Psaltes obstupefactus

I 6 & ai

*Psal. 72.**De ciuit.  
Dei. lib.,  
20. ca. 2.*

& attonitus dicit: *Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei. Quia zelauit super iniquos, pacem peccatorum reddens.* Sanctus Augustinus ait: Nescimus quo iudicio Dei bonus ille sit pauper, malus ille sit diues: iste gaudeat, quem pro suis perditis moribus cruciari debuisse mœroribus arbitramur: contristetur ille, quẽ vita laudabilis gaudere debuisse persuadet; exeat de iudicio non solum inultus, verum etiam damnatus innocens, aut iniquitate iudicis pressus, aut falsis obrutus testimonijs: è contrario scelestus aduersarius eius non solum impunitus, verum etiam vindicatus insultet: impius optimè valeat, pius languore tabescat. Latrocinentur sanissimi iuuenes: & qui nec verbo quenquam lædere poterunt, diuersa morborum atrocitate affligantur: infantes vtilis rebus humanis immatura morte rapiantur: & qui videntur nec nasci debuisse, diutissimè insuper viuant: plenus criminibus subleuetur honoribus, & hominem sine querela tenebræ ignobilitatis abscondant: & cætera huiusmodi, quæ quis colligat, quis enumeret? Hæc sancti Augustini verba sunt.

*Lib. 3. de  
prouid.*

Saluianus: Quid me, inquit, interrogas, quare alter maior sit, alter minor: al-

ter mihi  
infirmi  
faciat  
ratione  
gi ista  
quã  
hi deb  
gi cura  
reopus  
sit pro  
Deus.

Et D  
meam  
illidit  
tius per  
& sine  
metitu  
trimul  
damo  
morbo  
i impij,  
geri, at  
blasph  
rem, st  
maba  
me, Do  
telligat  
Domin  
omnia  
se est.

ter

ter miser, alter beatus: alter fortis, alter infirmus: qua causa quidem hæc Deus faciat, non intelligo, sed ad plenissimam rationem abundè sufficit, quòd à Deo agi ista demòstro. Sicut enim plus est Deus quàm omnis humana ratio: sic plus mihi debet esse quàm ratio, quod à Deo agi cuncta cognosco. Nihil ergò in hac re opus est, nouum aliquid audire: satis sit pro vniuersis rationibus Author Deus.

Et D. Hieronymus ait: Nunquid & in meam mentem non hic sæpius fluctus illiditur? Quare senes impij, seculi diuitijs perfruuntur? quare adolescètia rudis, & sine peccato pueritia, immaturo flore metitur? Quid causæ est, vt sæpè bimuli trimulique, & vbera materna lactantes, à dæmonio corripiantur, repleantur lepra, morbo regio deuorentur: & è contrario, impij, adulteri, homicidæ, sacrilegi, vegeri, atque securi de sua sanitate, in Deū blasphemant &c. Sed, cum hæc cogitarem, statim didici cum Propheta: *Existimabam vt cognoscerem, hoc, labor est ante me, Donec intrem in sanctuarium Dei: & intelligam in nouissimis eorum. Iudicia enim Domini abyssus multa.* Bonus est Deus, & omnia, quæ bonus facit, bona sint necesse est. Hucusque S. Hieronymus.

*Epist. 25. ad Paulam de obitu Ble-sillæ.*

*Psal. 72.  
Psal. 35.*

Sed vt huic quæstioni & difficultati  
 satisfaciamus, præsupponendum est, quod  
 dupliciter Deum bona & mala distribuere.  
 Primò, quando bonis concessa prospera,  
 & malis aduersa: deinde, quando bonis  
 molestiam & laborem, impio contra  
 immittit prosperitatem: ad hoc  
 quando iustis & iniustis bona pariter  
 mala largitur; ita vt tam impius quam  
 iustus boni & mali particeps sit: denique  
 cum sic bona malis permiscet, vt non  
 nulli proborum vel improborum boni  
 ac mali participes sint, & vt nec omnes  
 iusti prosperitate semper extollantur, nec  
 aduersitate perpetuò deprimantur, sed  
 quidam illorum felicitate & prospera  
 fortuna vtantur, quidam etiam calamita-  
 tibus & miserijs exerceantur: & contra  
 quibusdam impijs omnia bene & pro-  
 luntate, quibusdam verò minus prospera  
 ac fortunatè succedant. Postremum huius  
 modum, Deus in temporalium rerum  
 distributione, tanquam aptissimum &  
 conuenientissimum elegit, ideoque  
 Gregorius Nazianzenus inquit: Ego ve-  
 rò, vel huius vitæ cruciatum improbitati,  
 vel res lætas & secundas pietati omni-  
 nò ascribere vereor: non quòd non ali-  
 quando, & ob aliquam vtilitatem hoc  
 contingat, nēpè, vt vel per improborum

Orat. 16.

calami  
 per bon  
 niatur:  
 nò, ver  
 alij vir  
 afficiu  
 & Hist  
 phanæ  
 De  
 Dei, he  
 caligin  
 nequiu  
 tus sit,  
 amus,  
 ficilia  
 quæ v  
 eredin  
 bonis  
 gua p  
 foret  
 & hu  
 vnum  
 mune  
 Deop  
 poena  
 excita  
 se Pa  
 ex lib  
 unt, f  
 ita

calamitatem vitij cursus reprimatur, vel per bonorum felicitatem virtuti via muniatur; sed quia non semper, nec omnino, verum hoc futuri temporis sit, in quo alij virtutis præmijs, alij scelerum pœnis afficiuntur. quemadmodum S. Scriptura & Historiæ cum Ecclesiasticæ, tum prophætae testantur.

De hac ordinatione & prouidentia Dei, hominibus in obscura tenebrarum caligine existentibus, causam aliam dare nequimus, quàm quòd hæc vita fidei status sit, & vt virtutem hanc sedulo exerceamus, necessarium fuerit, occulta & difficilia esse ea, quæ credamus: non enim quæ videmus, sed quæ abscondita sunt credimus. Et si temporalia semper bona bonis, & mala malis Deus tribueret, exigua planè difficultas & exile meritum foret, credere ipsum iustum esse iudicem, & humanarum rerum habere curam, & vnumquemque secundum opera sua remunerare. Adhæc etiam impij seruire Deo penitus negligenter, nisi vel timore pœnæ, vel spe maximi lucri & commodi excitarentur: quia Deus istorum vult esse Pater ac Dominus, qui voluntariè, & ex libera quadam dilectione sibi seruiunt, scientes, non tantum seruitia præstita non remunerari; sed etiam iustum

ad pa-



*Lib. 1. de ci-  
uit. Dei c. 8.*

ad patientiæ exercitationem, impij  
autem ad conuersionem & sui ipsius  
mendationem, sæpe in hac vita pati  
affligi. Hinc D. Augustinus dicit: Plac  
it diuinæ prouidentia præparare in  
sterum bona iustis, quibus non fruent  
iniusti: & mala impijs, quibus non  
cruciantur boni. Ista verò tempo  
lia bona & mala, vtrisque voluit esse cõ  
munia: vt nec bona cupidius appetas  
tur, quæ mali quoque habere cernuntur,  
nec mala turpiter euitentur, quibus & bo  
ni plerunq̃ afficiuntur. Interest autem  
plurimum, qualis sit vsus, vel earum  
rum, quæ prosperæ, vel earum, quæ  
euntur aduersæ. Nam his bonis tempo  
ralibus nec bonus extollitur, nec malus  
frangitur: malus autem ideò huiusce  
modi in fœlicitate punitur, quia fœlice  
tate corrumpitur. Ostendit tamen Deus  
sæpè etiam in his distribuendis euiden  
tius operationem suam. Nam si nunc o  
mne peccatum manifesta plesteretur  
pœna, nihil vltimo iudicio reservari po  
taretur. Rursus, si nullum peccatum  
puniret aperte diuinitas, nulla esse prou  
dentia diuina crederetur. Similiter in re  
bus secundis, si non eas Deus quibusdam  
petentibus euidentiſſima largitate con  
cederet, non ad eum ista pertinere dice  
remus.

remus.  
bus dar  
feruient  
os nos  
cupidos  
quicun  
sunt, no  
distinct  
si sunt.  
rum eti  
licet sul  
virtus &  
aurum  
tribula  
ta purg  
ca confi  
dere ex  
irruens  
malos  
in eade  
stantur  
precant  
non qu  
Nam p  
horrib  
vngue  
Hæ  
quibus  
ta vo  
tempo

remus. Itemque si omnibus eas petentibus daret, non nisi propter talia præmia feruendum illi esse arbitraremur: nec pios nos faceret talis seruitus, sed potius cupidos & auaros. Hæc quum ita sint, quicumque boni, mali que pariter afflicti sunt, non ideò ipsi distincti nō sunt, quia distinctum non est, quod vtrique perpeffsi sunt. Manet enim dissimilitudo passionum etiam in similitudine passionum, & licet sub eodem tormento, non est idem virtus & vitium. Nam sicut sub vno igne aurum rutilat, palea fumat, & sub eadem tribula stipulæ comminuuntur, frumenta purgantur: nec ideò cum oleo amurca confunditur, quia eodem præli pondere exprimitur: ita vna eademque vis irruens bonos probat, purificat, eliquat: malos damnat, vastat, exterminat. Vnde in eadem afflictione, mali Deum detestantur, atque blasphemant: boni autem precantur & laudant. Tantum interest, non qualia, sed qualis quisque patiat. Nam pari motu exagitatum & exhalat horribiliter cœnum, & suauiter fragrat vnguentum.

Hæc ipsa S. Augustini verba sunt, ex quibus manifestè colligimus Deum iuxta voluntatem & beneplacitum suum temporalia, tam bona quam mala probis  
& im;

& improbis distribuere, vt nihili autem  
 te parui illa, spiritualia autem & diuina  
 impijs omnino sublata maximi facti  
 mus, qualia sunt, charitas, humilitas,  
 contemptus mundi, castitas, patientia  
 & omnes reliquæ virtutes, quibus  
 maius iusti ditata & exornata; contra  
 peccatoris despoliata est.

*De prouid.  
 cap. 2.*

Præter hanc D. Augustini doctrinam  
 sunt etiam aliæ quædam causæ, ob quas  
 Deus bonos aduersitatibus varijs affligit  
 improbis verbò, immensas opes concedit  
 quemadmodum enim (vt inquit Seneca)  
 nobis interdum voluptati est, si adole-  
 scens constantis animi irruentem feram  
 venabulo excipiat, si leonis incursum  
 imperterritus perferat: simili plane mo-  
 do recreatur & voluptate Deus afficitur,  
 quando suorum quempiam cum aduer-  
 sa fortuna, tribulatione, paupertate, do-  
 lore, iniuria, & cæteris calamitatam es-  
 neribus, pugnare, & omnia ista virtutibus  
 sibi à Deo concessis deuincere videret.  
 enim ratione Deus in ipsis glorificatur.  
 Et sicut in maximis periculis lectissimos  
 quosque milites Dux mittit, qui nocturnis  
 hostes aggrediantur insidijs, aut ex-  
 plorent iter, aut præsidium loco deserviant,  
 ant, & nemo eorum qui exeunt, dicitur  
 Male de me Imperator meruit, sed, Bene  
 iudicauit.

judicauit  
 dis igna  
 cant: I  
 experie  
 set natu  
 Qui  
 tempor  
 bona D  
 dorem  
 tam bo  
 suam n  
 bis con  
 terrena  
 nat, fir  
 rat iust  
 lus ade  
 at virtu  
 fuerit  
 eam no  
 turo re  
 vita co  
 bueho  
 se regn  
 maieft  
 cos. N  
 tijs ob  
 tibus p  
 Seneca  
 mat, i  
 autem

iudicauit: ita quoque, quicumque timidis ignauisque flebilis pati iabentur, dicant: Digni visi sumus Deo, in quibus experiretur, quantum humana pati posset natura.

Quinetiam flagitiosis & sceleratis temporalia nonnunquam in hoc saeculo bona Deus largitur. Nā sicut Solis splendorem & aestum, & pluuiam, ad infinitam bonitatem & paternam affectionem suam manifestandam probis & improbis communicat: pari quoque ratione terrenas & transitorias opes impijs donat, simulque diuinam dupliciter declarat iustitiam. ac primò quidem, quia nullus adeò peruersus est, quin aliqua polleat virtute; quæ etsi minima & vilissima fuerit, iustus tamen Deus irremuneratam eam non relinquit, sed cum ipsam in futuro remunerare nequeat, saltem in hac vita compensat. Hinc legimus impio Nabuchodonosori Aegypti traditum fuisse regnum, pro eo quòd seruierat diuinæ maiestati aduersus hostes eius & inimicos. Nec minus benefecit Deus Aegyptijs obstetricibus, quia Hebræorū infantibus præstiterant misericordiam, vnde Seneca ait: Deus quos probat, quos amat, indurat, recognoscit, exercet: eos autem quibus indulgere videtur, quibus

parce-

*Ezechie. 29*

*Exodi. 1.*  
*De provid.*  
*cap. 4.*

parcere, molles venturis malis seruat

Deinde declarat Deus suam iustitiam quando (vt D. inquit Augustinus) homini denegat per misericordiam, quod bueret prouocatus ad iracundiam. Non sunt nonnulli, qui quidem ingentes diuitias, prelaturas, & magnificas dignitates, & quicquid consequi desiderant, aduocantur; postmodum tamen insperatam & inopinatam aliquam aduersitatem currentes cum pudore, derisu, & dolore maximo omnia studiosè acquisita perdunt, ita vt risus eorum in ploratum, fortuna prospera in miseriam, lætitia in gemitum, fauor item & gratia in periculum & tormentum maximum conuertatur. Illud autem malorum omnium superius est, quòd nimirum, quidam temporalibus bonis abusi in inferni abyssum mergantur, qui fortassis beatorum christi associati fuissent, nisi ea possederent. Quare vindictam & pœnam fuisse collatam agimus, quòd Dei gratia & donum non videbatur.

Præterea Deus improbis temporalia bona largitur, vt liberalitate & clementia ipsius allecti conuertantur, & alii meliores se iisdem priuatos esse confiterantur, pro collatis sibi beneficijs Deo gratias agant, cumque honorent ac diligant.

gant, à  
procedi  
benefic  
rit, tim  
sunt for  
bona da  
re & tol  
rium vi  
pitium  
doman  
sufficiat  
tiam, tra  
peiores  
neantur  
renda &  
aliàs, si  
rent, cal  
expilant  
ter eos L  
fando.  
Adha  
impijs f  
poteitat  
per eoru  
noxarum  
entia, sic  
& reliqu  
ant.  
Denic  
largitur  
gant

gant, à quo cuncta quæ possident bona procedunt. Quod si nec amor, nec aliqua beneficiorum apud illos recognitio fuerit, timeant saltem, ne eam quam nacti sunt fortunam perdant: Deus enim, qui bona dare solet, concessa quoque auferre & tollere potest; quod ne fiat, necessarium videtur, Deum semper habere propitium. Si verò nec amor, nec timor ad domandum & corrigendum peccatorẽ sufficiat; solet Deus, iuxta Boëtij sententiam, transitoria eis bona concedere, ne peiores euadant. sed hac quasi esca detineantur & comprimantur, ne tam horrenda & funesta flagitia admittant, quã aliàs, si his destituerentur, admissuri forent, calumniando nimirum, peierando, expilando, & prosequendo probos: ac inter eos Luporum ac Tigrium instar versando.

Adhæc etiam immensas in hac vita impijs facultates tribuit, & dignitate ac potestate eos sublimari permittit, quò per eorum tyrannidem iusti exercitati à noxarum mudentur spurcitia, & obedientia, fiducia, & vera erga Deum dilectio, & reliquæ virtutes probatæ in eis reliceant.

Denique transitorias opes reprobis largitur, vt indignitatem earum cognoscant.

scientes, quàm exigui valoris ac pretij  
 perspicuè intelligamus. Etenim cum  
 stitissimus & prudentissimus Deus, per  
 tis etiam ac desperatis hæreticis, & in  
 delibus illas concedat, apertè dem  
 strat, nullius esse æstimationis; neque  
 nim talibus eas donaret, si alicuius po  
 tij forent, quippe, qui pretiosas marger  
 tas porcis proijcere vetat. Dum autem  
 malis & peruersis temporalia bona la  
 gitur, manifestè docet, non ea esse preti  
 osa & præstantiã, sed grauissima potius  
 onera, quibus quantò quis magis abo  
 dat, tantò amplius grauatus & oneratus  
 & maiori periculo est expositus.

## CAPVT XXV.

*CVR DEVS BONIS TEMPO  
 ralia bona concedat.*

**V**erùm enim uerò, ne probi forte  
 sis Deum omninò sui oblitum  
 nullam sibi in rebus temporalibus potius  
 esse existiment, solet nō nunquam Deum  
 amicos suos ditare, quemadmodum  
 Veteri quondam Testamento, Abrahã  
 mum, Isaacum, Iacobum, Dauidem, Sa  
 lomonem, & Ezechiã; in nouo autem Co  
 stantinū, Theodosiū, Carolū Mag. S. Sp  
 strū, Gregor. & nō nullos alios deuotiss  
 fideles t  
 sanè id  
 pso ma  
 uersale  
 omniu  
 torem  
 & dirig  
 tia ad d  
 Atque  
 lijs con  
 manaru  
 in error  
 psam et  
 us Vate  
 cunque  
 in terra  
 que Da  
 cali infr  
 buntur s  
 Excelsu  
 que vol  
 hoc mo  
 impius  
 (qui ex  
 Christi  
 nem) in  
 nū tēpo  
 cis suis  
 iuste ha  
 tias nul  
 lucem i

fideles sibi famulos locupletauit. Quod sane ideo Deus facit, vt nimirum hoc ipso manifestè declaret, se primam & vniuersalem esse causam & fontem bonorum omnium, & administratorem & gubernatorem creaturarum, quas disponit, regit, & dirigit incomprehensibili sua prudentia ad destinatum & placitum sibi finem. Atque hac ratione omnes sibi ipsi vel alijs confidenres, nec aliquam rerum humanarum Deo curam esse arbitranres, in erroris sui agnitionem peruenient: ipsam enim ineffabilem veritatem Regius Vates pronunciat, dicens: *Omnia quae-  
cunque voluit Dominus fecit, & in caelo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis.* Item que Daniel ad Nabuchodonosor: *Rore caeli infunderis, septem quoque tempora mutantur super te, donec scias quod dominetur Excelsus super regnum hominum, & cuiuscumque voluerit det illud.* Deinde tolletur per hoc medium vana eorum opinio qui vt impius ac sceleratus apostata Iulianus, (qui ex falsa & malitiosa opinione sua Christianos spoliandi sumpsit occasionem) indecens esse existimant, Christianum temporalia bona possidere: at quia amicis suis Deus illa tribuit, perspicuum est, iuste haec ab iisdem possideri: quibus diuitias nullatenus concederet, si animae salutem impedirent.

Eodem-

Psal. 134.

Dan. 4.



Eodem præterea medio, malitia  
 impietas quorundam hominum ma  
 festatur, qui temporalibus bonis abute  
 tes, ab immoderata concupiscentia &  
 ordinato appetitu excæcari se patiuntur  
 ita vt causa huiusce mali, non tam in  
 norum affluentia (bene enim quidam  
 lis vtuntur) quàm in superfluis abute  
 um affectionibus consistat. Nam vt  
 S. Gregorius: Sunt nonnulli, qui vt fru  
 tur Deo, dispensatoriè vtuntur hoc sa  
 lo. Et sunt nonnulli, qui vt fruantur hoc  
 sæculo, transitoriè vti volunt Deo: non  
 nulli bona temporalia habent in vsu, &  
 terna tantùm in desiderio: nonnulli  
 siderant & fruuntur ex voto bonis ter  
 rentibus, & cælestium velut per somnia  
 reminiscuntur: Impius à passionibus  
 is seducitur, iustus autem cordis sui retri  
 nat appetitus: impius possessionum su  
 rum se Dominum reputat, & ad plac  
 eas dilapidare se posse existimat; contra  
 iustus bonorum sibi commissorum se  
 dispensatorem, & exactissimam eorum  
 Deo rationem reddendam fore agnos  
 cit: impius omni honore se dignum  
 dicat, & quicquid ipsi honoris exhibe  
 tur, hoc sibi deberi arbitratur; ac iustus  
 licet dignioris status sit, haud tamen  
 circò inflatur, quin potius humiliat

*Lib. 2. Mor.  
 cap. 9.*

confundit seipsum, nam & plurimos subditorum suorum meliores se aestimat, & non tam meritorum, quàm dignitatis & officij ratione honorari ac reuereri se arbitratur, omninoq; sibi persuadet vitam hanc comœdiæ vicem agere, in qua, cum personæ diuersæ repræsententur; attamen non is, qui Regis, aut Pontificis, sed qui suam qualemcunq; personam optimè atque artificiosissimè repræsentat, siue rusticus ille, an nobilis, diues an pauper fuerit, ab omnibus iure laudatur.

Quando ergò Deus temporalia bona bonis tribuit, hoc ipso docet, se alijs quoque similia daturum, dummodò vtilia forent: neque enim hæc illis subtraheret aut denegaret, nisi pernitiōsa & noxia essent. Nam, vt ait Boëtius, Deus similis est Medico prudenti, qui diuersos morbos diuersis curat remedijs, ordinando cuique infirmo medicinam, secundum subiecti dispositionem, vni amaram, alteri suauem ac dulcem præbet potionē: qui autem amaram recipit, non conquiri, nec suauiore appetere potest, aut debet: non enim Medicus gustum & saporem, sed infirmi respicit sanitatem.

Ad hæc etiam maximas Electis suis in hac vita facultates largitur, vt per

K illas

illas commotos, ad contemplationem  
 amorem, & desiderium æternorum  
 inæstimabilium, quæ speramus, bono-  
 rum excitet. Cùm enim Deus in hac  
 chrymarum valle, & deserto hoc syl-  
 stribus feris repleto tantam homini  
 tiam præstet, adeoque benignè cum  
 pso conuerfetur, vt eidem etiam fami-  
 tem, honores, opes, dignitates ac po-  
 states concedat: quid non faciet in pa-  
 tria cœlesti, in palatio & habitaculo  
 quietis & gaudij, vbi eum facie ad faciem  
 contemplabimur?

Postremò Deus innumeras opes  
 ingentia quandoque prædia bonis con-  
 cedit, non aliam ob causam, quàm vt  
 illos vniuerso mundo benefiat. nam  
 pius ad se rapit omnia, & sibi soli cuncta  
 reseruat: contrà iustus communicat  
 omnibus & instar Solis cuiusdam luminis  
 sui radios diffundit. Si bona possidet, hæc  
 sibi in vsum egenorum donata esse co-  
 gnoscit: si honore & dignitate præditus  
 est, reuerentur pariter & ipse honore de-  
 gnos: si officio ac potestate fungitur, ad  
 xiliatricem lapso porrigit manum, tue-  
 tur miseros, cōsolatur afflictos, punit  
 deprimat arrogantes; ita vt gratia vni  
 cui proborum à Deo exhibita tantum  
 valeat, ac si pluribus cōmunicata foret.

eò quod

quòd omnes illâ fruantur. Et sicut tenuiores venæ à maioribus sanguine replentur: ita quoque pauperes à diuitibus sustentantur.

## CAPVT XXVI.

*CVR DEVS BONVM ET MALVM  
tribuat illis, qui nec benè nec  
malè agunt.*

**N**on tantum Deus electis ac reprobis; sed etiam benè & malè operari nescientibus bona & mala imperitur, ijs potissimum, qui rationis expertes, voluntate & arbitrio libero in consultâdo, deliberando & eligendo vti nequeunt, quales sunt, insensati, stolidi, & infantes rationis vsum non habentes. Videmus quosdam pueros in tenera adhuc ætate varijs affligi & consumi infirmitatibus: contra nonnullos instar floris formosos, sanos & vegetos cernimus. quam autem huius rei dabimus causam?

Ad explanandam hanc quæstionem, sciendum est, Parentes sæpè filiorum causare infirmitatem. Nam si pater prodigus, lusor, & dissipator bonorū fuerit, ipse causa est paupertatis & indigentiæ filiorum, quia diuinam transgreditur legē, qua cauetur, vt bona utiliter collocentur, nec vlla ratione dissipentur: quòd si

per frequentes potationes, contagiosum aliquem morbum adeptus, uxorem & liberos suos eodem infecerit, omnium istorum ipse reus est; ac propterea Deus filios (qui sunt quasi altera pars patris tam in parentis, quàm in ipsorum parte salutem, nec de hac pœna & castigatione conqueri possunt. Licet enim nullum actuale peccatum tali afflictione dignum commiserint, tamen originale crimen, in quo cõcepti sunt, hanc, imò maiorem promeruit pœnam, quandoquidem illud radix & seminarium est omnium malorum.

Et licet S. Baptismatis virtute originalis culpa eis remittatur, & turpitudine peccati penitus expurgetur, non tamen ideo baptizatus liberatur à miserijs & calamitatibus, quibus propter transgressionem Protoplasti subiectus est, sed tanquam vas caducum & fragile, post, sicut & antè, corruptioni, morti, & consequentes omnibus huius vitæ molestijs & agritudinibus obnoxius remanet. Quocirca non magnoperè mirandum, si secundum naturæ leges viuens, tribulationes & miseriae varias, quibus obligatus & obstrictus est, sustinere debeat: quod Deus mira quadam prouidentia sic ordinat, quòd homo per baptismum Christo incorporatus

ratus atque vnitus, se capiti suo conformet, tum, vt per regenerationem & virtutem Sacramenti liberetur à noxa, quam in conceptione sua contraxit à parentibus; tum etiam, vt, quod pœnam attinet, patiendo & tolerando aliquid aduersi caput suum imitetur, & in virtutibus sedulo se exerceat, atque ad sacrum Baptisma, non ob vitæ huius commoditatem, vel corporis impassibilitatem, sed ad Dei gratiam, & gloriam, & foelicitatem æternam, diuitias scilicet animæ, quas sperat, participandas, accedat.

Quinetiam aliquandò Deus affligit infantes, vt vel reliqua parentum puniat ac vindicet peccata, vel tentet eos, & exerceat dolore ex filiorum infirmitate percepto, quæ subinde grauius illos molestat & cruciat, quàm si ipsi eam experirentur. Huius afflictionis principalis causa hæc est, quòd nimirum parentes Filios suos tanquam Idolum aliquod colant, omnem amorem, spem, & fiduciã suam in illis collocantes, & in augendis ac dilatandis eorum opibus, & acquirendis dignitatibus sedulo occupati, sui ipsorum & Dei obliuiscantur, grauiusque eum offendant, & ad iracundiam prouocent. Cumque Deus fortis & Zelotes *Exodi 20.* visitet iniquitatẽ patrum in filios, in tertiam

tiam & quartam generationem, castigat  
ac corrigit sæpe parentes per cruciatus,  
ægritudines, & mortem filiorum. Est  
men hæc afflictio quandoq; non tam  
na, quàm vera Dei probatio, quò vide  
vtrum se, an verò liberos maiori dilecti  
one parètes prosequantur, quod tristitia  
& doloris magnitudine declaratur. nam  
dolor eūdem, quē amor gradū occupat,  
& quod intimè diligitur, maximè quoq;  
affligit, dum amittitur. Proinde S. Augu  
stinus super verba Apostoli: *Qui volunt di*  
*uites fieri, incidunt in tentationē & laqueū*  
*diaboli:* Dolor, inquit, ingens est, quia  
amor grandis est, quo diuites decepti  
trahuntur. Simili planè modo parentes  
faciunt, qui dum nimium de aduersa fi  
liorum valetudine cōtristantur, nec mo  
rientibus illis cōsolationem aliquam  
admittunt, existimātes se ipsos vnā cum  
filijs expiratueros, apertè cordis sui debilita  
tatem & inordinatā erga liberos ostē  
dunt affectionē. Atq; hoc Deus vult vt a  
gnoscant, quò conuersi ad Dominum, o  
mnem in se transferant amorem.

Inmittit etiam Deus infantibus mor  
bos, vt tenelli adhuc ærumnis, doloribus  
& molestijs affuefiant: qui enim in labo  
re & egestate educantur, postmodum  
paucis contenti, facilius præsentis vitæ  
miseri  
rati, in  
& con  
molle  
neque  
nino f  
fimè e  
non a  
gione  
rigore  
morti  
os po  
quam  
cedur  
& rui  
pœna  
euell  
sole  
ustra  
infir  
ti, ala  
tæ di  
uerfi  
ad Ro  
nem  
sitati  
Eu  
us ex  
ulto  
nā f

3. Timot. 6.

*uites fieri, incidunt in tentationē & laqueū*  
*diaboli:* Dolor, inquit, ingens est, quia  
amor grandis est, quo diuites decepti  
trahuntur. Simili planè modo parentes  
faciunt, qui dum nimium de aduersa fi  
liorum valetudine cōtristantur, nec mo  
rientibus illis cōsolationem aliquam  
admittunt, existimātes se ipsos vnā cum  
filijs expiratueros, apertè cordis sui debilita  
tatem & inordinatā erga liberos ostē  
dunt affectionē. Atq; hoc Deus vult vt a  
gnoscant, quò conuersi ad Dominum, o  
mnem in se transferant amorem.

Inmittit etiam Deus infantibus mor  
bos, vt tenelli adhuc ærumnis, doloribus  
& molestijs affuefiant: qui enim in labo  
re & egestate educantur, postmodum  
paucis contenti, facilius præsentis vitæ  
miseri  
rati, in  
& con  
molle  
neque  
nino f  
fimè e  
non a  
gione  
rigore  
morti  
os po  
quam  
cedur  
& rui  
pœna  
euell  
sole  
ustra  
infir  
ti, ala  
tæ di  
uerfi  
ad Ro  
nem  
sitati  
Eu  
us ex  
ulto  
nā f

miserias sustinent, suntque parci, moderati, industrij, & laboriosi in acquirendis & conseruandis facultatibus: è contrario molles isti & delicati ad nihilum valent. neque enim ad pacem, quia lasciujs omnino se dedunt, nec ad bellum, quia citissimè eneruantur. Si Principi seruiāt, iam non ad votum omnia succedunt: si Religionem profiteantur, illius nec perferre rigorem, nec disciplinæ, humilitati, vel mortificationi accommodare mores suos possunt. Et hæc omnia non aliundè, quam ex tenera eorum educatione procedunt, quæ (vt ait Quintilianus) pestis & ruina est virtutis in infantib. pariterq; pœna & flagellum parentum. Quare ad euellendam & extirpandam hanc radicem, solet nonnunquam Deus paruulos durius tractare, vt fame, siti, æstu, frigore, & infirmitatibus corroborati atque armati, alacriores sint in sufferendis huius vitæ difficultatibus & incommodis, & diuersis se periculis, imò ipsi etiam mortæ ad Reip. utilitatem, Religionis defensionem, & Dei honorem & gloriam necessitatis tempore exponant.

Euocat atq; educit etiã frequenter Deus ex hac vita infantes, præuidēs illos ad ultos, & expletis innocentiaë annis diuinã suã maiestatem grauissimè offensuros.



Sap. 4.

& damnaturos seipfos, quemadmodum  
 sapientiffimus ait Salomon: *Raptus est  
 ne malitia mutaret intellectum eius, au-  
 fictio deciperet animam illius. placita enim  
 erat Deo anima illius: propter hoc propo-  
 uit educere illum de medio iniquitatum.*  
 Hac consideratione parentes se con-  
 labuntur, quando paruulos suos à morte  
 præueniri vident, quos paternorum bo-  
 norum hæredes futuros, & ad honores  
 & dignitates promouendos, & beneficijs  
 varijs decorandos sperauerant. Præter  
 quam enim, quòd Deus illos à ma-  
 lignitate, miserijs, & calamitatibus mor-  
 di liberet, deducit etiam eos in securita-  
 tis & tranquillitatis portum, vbi dolor  
 abest, & periculum atq; omnis exultatio  
 mor.

Ex causis seu rationibus supradictis,  
 facile animaduertimus, cur Deus infan-  
 tes rationis vsu carentes pœnis & æni-  
 mnis temporalibus affligendo, & natu-  
 ram, qua mortales & corruptibiles sunt,  
 officium suum præstare permittendo, in  
 omnibus istis infinitam sapientiam &  
 bonitatē suam demonstrat. Quod si quis  
 me interrogat, cur Deus ita disposuerit,  
 & non homines, sicut Angelos, immor-  
 tales & incorruptibiles creauerit: huic cū  
 S. Augustino respondeo; quòd id ipsum  
 nec

nec co-  
 nim li-  
 bilen-  
 se, atq;  
 ruptib;  
 & app-  
 mnes.  
 ta non  
 ram, &  
 multo  
 pedem  
 dem,  
 lus mo-  
 perfec-  
 melius  
 rum d-  
 mente  
 ctione  
 tia De-  
 rietate  
 poten-  
 sola in-  
 cit, di-  
 Cu-  
 præte-  
 gratia  
 iu. un-  
 stio h-  
 est; ni-  
 solun-

nec conuenerit, nec melius fuerit. Ete- *In Genesi. l.*  
 nim licet verum sit, naturam incorrupti- *ii. c. 7. & 8.*  
 bilem ac immortalem, perfectiorem ef-  
 se, atque excellentiorem mortali & cor-  
 ruptibili, vti cœlum terra est præclarius:  
 & appareat melius fuisse infantes, vel om-  
 nes homines incorruptibiles; tamen i-  
 ta non est; quia melius est terram esse ter-  
 ram, quàm cœlum, licet cœlum terrâ  
 multò sit perfectius: præstat pedem esse  
 pedem, manum manum, non autem pe-  
 dem, & manum oculum, quàmuis ocu-  
 lus membrum sit pede vel manu multò  
 perfectius & nobilius: sic dico, corpus  
 melius componitur per hanc membro-  
 rum diuersitatem, & vniuersum per ele-  
 mentorum aliorumq; corporum disti-  
 ctionem. In his omnibus relucet sapien-  
 tia Dei, quæ in hac naturalium rerum va-  
 rietate, extendit incomprehensibilis suæ  
 potentiæ & bonitatis radios, quæ vnica  
 sola in se existens, in rebus, quas produ-  
 cit, diuersa est & admirabilis.

Cur autem Deus tenellis infantibus  
 præter temporalia bona hanc quoque  
 gratiam præstat, nempe vt sani, hilares,  
 iuundi, & omnibus accepti sint? Quæ-  
 stio hæc superius dilucidè satis explicata  
 est; nimirum vt intelligamus Deum, non  
 solum datorem & authorem esse omni-  
 um

bonorum; verum etiam magnoperè  
 puritatem & innocentiam placere pa-  
 uulorum: quibus etsi non tanta in-  
 nocentia & vitæ præbitas, quanta  
 præuictioris ætatis à malo declinan-  
 bus, & bonum operantibus; ab omni-  
 men malitia prorsus immunes sunt, ne-  
 in tenera illa ætate, quæ veræ innocentie  
 imago est, peccare possunt. Atque hæc  
 ad instituti & propositi nostri declaratis-  
 onem, & causarum iam commemorate-  
 rum explanationem breuiter dicta suffi-  
 ciant. Nunc alteram huius tractatus par-  
 tem felici omine aggredientes, de tribu-  
 lationibus generalibus, quibus De-  
 us vniuersum mundum affli-  
 git, deinceps paucis  
 agemus.

FINIS LIBRI PRIMI

R. P. PE



mus)  
 tates,  
 que re  
 grauis

R. P. PETRI  
RIBADENEIRAE

SOCIETATIS IESV,

DE TRIBVLATIONI-  
bus

Liber Secundus.

IN QVO DE TRIBVLATI-  
onibus generalibus, & earundem  
remedijs agitur.

CAPVT I.

DE TRIBVLATIONIBVS GENE-  
ralibus, quibus Deus mundum  
affligere solet.



DEVS non tantum perso-  
nas particulares propter  
delicta sua castigat, & di-  
uersis ( quemadmodum  
superiori libro declarau-  
mus) pœnis affligit; sed ipsas etiam ciui-  
tates, prouincias, & integra quando-  
que regna ob peccata inibi commissa  
grauissimè affligit. Hinc Regius Prophe-

K

6

ta David

Psal. 106.

ta David: Deus, inquit, posuit flumina  
desertum: & exitus aquarum in siccum; & terra  
fructiferam in salsuginem, à malitia iniquo-  
rum tantum in ea. Et Ecclesiasticus: Mors, &  
guis, contentio, & romphæa, oppresiones, &  
mes, & contritio, & flagella: super iniquos  
creata sunt hæc omnia, & propter illos facta  
est catachysmus. Ieremias quoque Prophe-  
ta loquens de siccitate & sterilitate  
temporis adeò magna, vt nec aqua in  
fontibus, nec herba in campis appareret, ma-  
nifestè docet, iniquitates populi miseræ  
& calamitates istas introduxisse. Idè  
enim Oseas Propheeta ostendit, cum ab-  
minationes & vitia suo tempore regni  
sua speciatim recensens, ait: Propter hæc  
desertabit terra, & in siccabitur omnis qui  
habitabat in ea, in bestia agri, & in volucre cali-  
da, & pisces maris congregabuntur. Itè Amos  
Propheeta ad filios Israël: Audite verbum  
hoc vacce pingues, quæ estis in monte Samaria:  
quæ calumniam faciis egenis, confringitis  
pauperes: ego dedi vobis staporem de  
cælestium in cunctis vrbibus vestris, & indige-  
ntiam panum in omnibus locis vestris: & nunc  
estis reuersi ad me, dicit Dominus. Ego qui  
prohibui a vobis imbrem, cum adhuc tres  
menses superessent vsque ad messem: Quare  
cū Achior Princeps & Dux Ammonitarum  
iurandicasset Holoferni quā mirabiliter  
Deus

Cap. 40.

Cap. 12.

41.

Cap. 4.

Cap. 4.

E

Deus

rantes

trā in

cens: l

in con

los, qu

rum t

ti: tu

coram

quonia

mus in

Idè

Liber

ration

figat

rum, e

differ

te con

ac po

caren

sacra

chod

um a

serui

ecute

alij

&amp; del

ciarum

A

profi

Deus

Deus filios Israël parentes & obtemperantes sibi protegeret ac defenseret; contra inobedientes puniret, consuluit ei, *Iudith. 5.*  
*Perquire si est aliqua iniquitas eorum, in conspectu Dei eorum: & ascendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi, & subiugati erunt sub iugo potentie tue. Si vero non est offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus resistere illis: quoniam Deus eorum defendet illos: & erimus in opprobrium vniuersæ terræ.*

Idem omninò apertè nobis Iudicium Liber demonstrat, in quo declaratur, quare Deus populum suum castigatum tradiderit in manus inimicorum, quoties maiestatem diuinam offensus; & quomodo vice versa à potestate eorum liberauerit, quoties dolentes ac pœnitentes Creatorem suum deprecarentur. Atque ideò Deus in Scriptura sacra. *Cyrum Pastorem & Christum, Nabuchodonosor verò Regem, Seruum suum appellat, quem sibi aduersus Tyrum seruuisse testatur; etenim minister & executor erat diuinæ iustitiæ, sicut omnes alij quibus vitur Deus in pœnam & destructionem regnorum & prouinciarum.*

*Alarichus Gothorum Rex Romam proficiscens, ab Eremita quodam rogatus.*

K 7/ tus.

tus & admonitus ne manus suas sanguine inquinaret, aut de perditione innocentis populi lætaretur, respondit: Ego in toto planè animo Romam proficiscor. Sed est quidam, qui me quotidie molestat, & mò vi impellit, & sic alloquitur: Iter ce-  
pessito, urbem Romam vastatò.

*Mancl. in 2.  
volum.* Attila Hunnorum Rex seipsum *M-  
zum orbis & flagellum Dei,* & Tamerlanus ille magnus se *Iram Dei* nuncupabant certè, vt verum fatear, vterq; crudeliter ecutor & diuinæ iræ vindex extitit. Nè Attila cum in Trecenscs duceret exercitum, S. Lupus ciuitatis eiusdem Episcopus, pontificali habitu decoratus, cum suo Clero obuiam venienti processit, & coram illo admissus, ait: Tu quis es: qui terram dissipas & conculcas? Cui Attila: Ego sum Attila Rex Hunnorum, flagellum Dei. Ad quam vocem iussit Episcopus portas ciuitatis aperiri, dicès: Beneuenit flagellum Dei, & induxit illos in ciuitatem, sed Dei iudicio statim vt ingressi, omnes cæcitate percussi sunt: & transfrentes per mediã ciuitatē, nemini damnum vel mali quippiam intulerunt. Etsi enim Attila flagellum Dei esset, noluit tamen Deus vt flagellaret illos, qui ipsum cum summa patientia & humilitate acceptassent.

Plurima alia S. scripturæ loca, hæc vera esse docēt, & innumera penè exēpla diuerfarum pœnarum, huic mundo propter peccata hominum immissarum supeditant, quæ cum omnibus notissima sint, omniaque quàm possum breuissimè expedire proposuerim, suffecerit nobis vnicum illud, quod strenuissimus Dux Iosue priusquam moreretur coram vniuerso populo Israël cunctas sibi concessas à Deo victorias enumerans, ait: *Deus sanctus, & fortis emulator est, nec ignoscet sceleribus vestris atque peccatis. Si dimiseritis Dominum, & seruiueris Dijs alienis, conuertet se, & affliget vos, atque subuertet postquam vobis præstiterit bona.*

Cap. 24.

Ex supradictis colligimus, bellum, famem, pestem, aliasque similes calamitates nobis à Deo immissas, solūmodò pœnam & vindictam esse peccatorum, quæ ubique in Rep. christiana committuntur: quanquam legamus etiam DEVM ob vnus tantum hominis delictum immensam mortalium multitudinem puniuisse. quemadmodum triennali fame in diebus Dauidis Israëlitas afflixit, eò quòd Rex Saul initum à Iosue cum Ga-

2. Reg. 28.

Iosue 9.

Dauid



2. Reg. 24.

Dauidis qui populum numerari praeparat, pestilentia à Domino percussa est.

1. Paral. 21.

Aliquandò Deus, populi delicta puni-  
turus, permittit Regem aut Principem  
graue peccatum labi, quatenus iustus  
& Regem & Regnum ipsum affligere  
causam habeat, sicut de Dauide Scrip-  
tura attestatur, dicens: *Consurrexit autem  
Iesus contra Israël: & incitauit Dauid, ut  
mereret Israël.* Super quæ verba sanctus

Greg. l. 25.

in Iob. c. 20.

Gregorius inquit: Secundum meritum  
plebium disponuntur corda rectorum.  
Iustus verò Iudex peccantis vitium ex-  
pforum animaduersione corripuit, et  
quorum causa peccauit. Sed quia ipse scilicet  
sua voluntate superbiens, à culpa  
alienus non fuit: vindictam culpæ etiam  
ipse suscepit. Nam ira sæuiens quæ corpo-  
raliter populum percussit, rectorem quoque  
populi intimo cordis dolore pro-  
strauit. Certum verò est, quòd ita sibi in-  
uicem & rectorum merita connectan-  
tur, & plebium: vt sæpè ex culpa Pasto-  
rum deterior fiat vita plebium; & sæpè  
ex plebium merito, mutetur vita Pastro-  
rum.

Nonnunquam etiam impios Deus  
exaltat, & sceptrum ac regimen illis tribuit  
in pœnam subditorum, sicut ait S. Iob.

Tob: *Qui regna re facit hominem hypocritam* Cap. 34.  
 propter peccata populi. Et Esaias Propheta: Cap. 3.

Et dabo pueros Principes eorum, & effæmi-  
 nati dominabuntur eis. Quandoque Deus  
 homines barbaros, feros, & impios de-  
 sæuire, & tyrannidem in populo suo ex-  
 ercere permittit, vt crudelitate eorum ab  
 iniquitatibus suis mudentur. ideoque  
 per Prophetam Esaiam Assyriorum Rex  
*Virga furoris*, & per Ezechielem Nabu-  
 chodonosor *Seruus Dei* appellatur, quan- Cap. 29.  
 doquidem illo vsus in puniendis tribubus  
 Iuda & Israël. Nonnunquam etiam De-  
 us aliquem honoribus sublimat, & in re-  
 gnum prouehit, vt per ipsum vel impie-  
 tatem alterius cuiusdam Regis in se de-  
 linquentis puniat, quemadmodum mi-  
 sit Iehu ad perdendam & extirpandam  
 posteritatem, & domum Achab: vel vt  
 consoletur, reparet, ac compenset suspi-  
 ria populi, veluti Cyro & Constantino  
 Magno contigit.

Sed, vt ad propositum nostrum reuer-  
 tamur, mirum nemini videri debet, si pec-  
 cante Rege seu Capite, populus, qui cor-  
 pus est, & à capite regitur, tribulationi-  
 bus varijs affligatur: mirandum autem, &  
 magnoperè miranduma, quod Deus ob  
 vnius priuati hominis delictum, non v-  
 num tantum aut alterum, sed ingentem  
 homi-

*Iosue 7.*

hominum multitudinem flagellet; si  
 euenit tribus istis pugnatorum milibus  
 ascendentibus contra ciuitatem Hai,  
 terga vertentes, percussi sunt à Viris  
 bis eiusdem propter facinus Achan,  
 præuaricatus pactum Domini, tulerat  
 anathemate & furatus atque mentis  
 absconderat inter vasa sua. Etenim De  
 per pœnam huius hominis, nos omnia  
 præmonet ac docet, se, cum ad eum se  
 vnus castiget peccatum, multo ac  
 & seuerius castigaturum multorum  
 quitatem. Etcertè quilibet considerat  
 deberet, non esse malum hoc priuatum  
 aut separatum, sed publicum & commu  
 ne omnibus; ita vt cum ipse Reip. mem  
 brum sit, quicquid boni vel mali eidem  
 acciderit, id ipsum tanquam sibi prop  
 um reputet, quemadmodum humi  
 corporis membra faciunt, sicut docet  
 postolus Paulus.

*1. Cor. 12.*

Verùm non immeritò quis miraretur  
 cur Deus affligendo Regionem in  
 gram, probos simul cum improbis pe  
 niat, ita vt iustus & innocens eandem  
 cum impio & peccatore pœnam la  
 Hæc tribus potissimum de causis fieri  
 spondet S. Augustinus. Primò, quòd  
 peccata quibus Deus indignatus, imp  
 uit tantis calamitatibus mundum, hum

*Lib. 1. de  
 Gen. cap. 9.*

Interrogantes, quamuis longè absint à  
 facinorosis, flagitiosis & impijs, tamen  
 non vsque adeò se à delictis deputant a-  
 lienos, vt nec temporalia pro eis mala  
 perpeti se iudicent indignos, quos Deus  
 tribulationis igne purgat, quò vel sic in-  
 probatum argentum, & purum ac niti-  
 dum aurum euadant. Deinde, quòd hi  
 qui dissimiliter viuunt, & à malorum fa-  
 ctis abhorrent, parcunt tamen peccatis  
 alienis, quæ dedocere & obiurgare debe-  
 rent: vel cum laboris piget, vel os eorum  
 verecundantur offendere: vel cum eo-  
 rum inimicitias deuitant, ne impediant,  
 & noceant in istis temporalibus rebus:  
 siue quas adipisci adhuc appetit eo-  
 rum cupiditas, siue quas amittere formi-  
 dat infirmitas: ita vt iure cum eis tem-  
 poraliter flagellentur, & vitam hanc a-  
 maram sentiant, cuius amando dulcedi-  
 nem peccantibus eis amari esse nolu-  
 erunt. Et quia peccatis eorum dam-  
 nabilibus parentes, corripere no-  
 lunt quæ corripiendo corrigere  
 possunt; meritò simul flagellantur,  
 non quia simul agunt malam vitam,  
 sed quia simul amant temporalem vi-  
 tam, non quidem æqualiter, sed tamen  
 simul, quam boni contemnere debe-  
 rent,

rent,

rent, vt illi correpti atque correcti con-  
querentur æternam.

Denique iusti cum pijs flagellantur  
multiplicetur meritum, & augeatur  
na iniuste patientium, sicut & patitur  
Iobi corona aucta, & meritum multi-  
catum est. Affliguntur etiam boni  
ter & mali, vt sibi ipse humanus animus  
sit probatus & cognitus, quanta virtus  
pietatis gratis Deum diligit, & pro-  
mus consideratis atque perspectis tribu-  
rum tribulationibus, calamitatem &  
feriam suam æquiori animo toleret,  
sumptisque viribus iustitiæ & benedi-  
to Dei se conformet.

## CAPVT II.

QVOD DEVS PECCATVM  
*num per alia subinde peccata puniat,  
magnisque mundum hunc scan-  
dalis affligat.*

**M**irum quidem est Deum peccati  
enormitatem & sceditatem  
ui pœna castigare, & voluptatibus atque  
inordinatis appetitibus salutari quodam  
doloris & tribulationis pharmaco me-  
ri. Mirum etiam est infinitos inter  
ob vnus delictum à Rege Regum & do-  
minantium Domino puniri. itidem

rum est iustum in hoc sæculo vnà  
 cum impijs ad euitandum futuri sæculi  
 martirium tribulari. Magis tamen illud  
 miradum, videlicet Deum castigare pec-  
 catum vnum per aliud, & quod per se  
 peccatum est, id ipsum in poenam & disci-  
 plinam alterius accersiri.

Mirabilius autem illud, quòd, cum  
 Deus infinitè bonus existat, nihilominus  
 tamen tot in mundo toleret iniquitates:  
 & cum supremum ipse lumen, ipsaque  
 veritas sit, patiatur tamen tot ac tantos  
 exoriri errores, falsosque Prophetas &  
 Hypocritas humanum genus errorum  
 suorum tenebris excæcantes, & blandi-  
 tijs seducentes, pestilentiae cathedram  
 conscendere.

Adhuc magis mirandum, infectio-  
 nem hanc tam longè lateque sese diffun-  
 dere, & foedas illas, horrendas, abomi-  
 nandas, & diabolicas hæreses adeò faci-  
 le & libenter recipi & acceptari, ab ijs po-  
 tissimum qui titulo Christianitatis insi-  
 gniti, prudentes ac prouidi videri vo-  
 lunt.

Multò item adhuc mirabilius est, ca-  
 stigationem & poenam hanc tam diu  
 durare, ipsosque Tyrannos, & infensissi-  
 mos Dei inimicos corona & sceptro po-  
 tiri, & electos Dei famulos crudelissimis  
 & stu-

& studiosissimè exquisitis tormentis cruciare, idque cum tanta superba fastuosa præsumptione, quasi mendacium veritatem opprimere, peccatum superare virtutem, & inferre de deuicta Christi Ecclesia triumphum posset.

Nec minori, sed multò adhuc maiori admiratione dignum, immensas, magnificas, robustissimas, pariterque insuperabiles copias, bona intentione, ad fidem scilicet Catholicam & partes Dei defendendas & protegendas contractas, & oratione ac reliquis pœnitentiæ operibus confirmatas, cædi, fugari, adeoque delitti, vt procul dubio hoc ipsum flagellum & seuera Dei vindicta reputandum sit.

Denique illud maximè mirandum, quòd nimirum Deus quasi suos in iniusta causa derelinquere videatur, quod Hæreticus exultet, & de victoria triumphando gloriatur, Catholicus vero lacrimis & mœrore conficiatur: ita vt per hoc ignorantibus detur causa cogitandi, Deum, vel nullā humanarum rerum curā habere, vel easdem nō secundum rationem & æquitatem regere & administrare, aut certè veritatem falsam, mendacium verum esse censendum: hoc quidem molesta & grauis probatio

LI  
tentatio  
impioru  
ra Dei ca

Simili  
Religios  
tur, &

vulnera  
tant, & f

sub diuin  
in lucem

inescatu  
psa infal

ad extre  
das & do

um cord  
hilomin

quando  
Christia  
des & te

res & pig  
becilles

ni que vi  
Haud  
ribus ma

nihil ali  
ones ger  
iores  
præbent  
bonitati

tentatio, errorum autem & iniquitatum  
impiorum confortatio est, ideoque seue-  
ra Dei castigatio.

Similia planè apparent in quibusdam  
Religiosis, qui virtutibus præditi æstimā-  
tur, & mira quadam astutia seu fraude  
vulnera Christi in corpore suo repræsen-  
tant, & fallacias ac superstitiones suas,  
sub diuinarum reuelationum prætextu  
in lucem edētes, iisdem ignarum vulgus  
inescatum decipiunt. Et quamuis Deus i-  
psa infallibilis veritas, omnes falsitates  
ad extremum detectas reuelet, nec calli-  
das & dolosas istas inuentiones in fide-  
lium cordibus radices agere permittat: ni-  
hilominus tamen certum est, Deum  
quandoque flagelli loco similia Reip.  
Christianæ mala immittere, quæ socor-  
des & tepidos Christianos negligentio-  
res & pigriores reddant, infirmos & im-  
becilles magis debilitent, ipsam de-  
nique virtutem penitus eneruent.

Haud dissimilia hisce nostris tempo-  
ribus mala videmus, quæ sine dubio  
nihil aliud sunt quam pœnæ & tribulati-  
ones generales, tantò omnibus alijs gra-  
uiiores, quantò maiorem improbis  
præbent occasionem, vel diffidendi  
bonitati diuinæ, vel in erroribus  
suis



fuis perfeuerandi; aut certè quantò  
gis illos à veræ ac solidæ virtutis in  
stigatione retrahunt atque deterrent.

Porro necessarium fuerit, vt omnia  
supradictis dubijs, quantum auxiliari  
Deo potero, satisfaciam, & iniquas ac  
mulosas vias & retiacula, in quæ sen-  
les & modicæ fidei homines incideren-  
lent, solo adæquem, simulque insinuen-  
tur Deus peccatum vnum per aliud  
niat, & tot tamque diuersas quotidie  
refes oriri permittat; præterea cur ali-  
bus obliuisci ac desolare suos videam  
eò quod impijs de bonis, & Hæreticis  
Paganis de orthodoxæ fidei cultoribus  
victoriam largiatur, breuissimè enu-  
deklarabo, quam ob causam Deus à fa-  
sitis & mendacij spiritu homines viti-  
tis & christiani nominis titulum gene-  
tes peruerti ac seduci, eosdemque innume-  
ros alios scandalizare patiatur, quæ  
modum, proh dolor, indies videmus.  
Nam cum omnes tribulationes istæ ge-  
nerales vniuersos Reip. status concernen-  
tes, multò periculosiores sint omnibus  
alijs nosipfos affligentibus, & terre-  
ac transitorijs tantum bonis exuentibus  
iamque de tribulationibus agam, opera-  
pretium me facturum existimo, si de  
dem tractans, remedia præscribam, quæ

I  
in simi  
Dei vt  
priori l  
ticular  
lationi  
ant, vt  
ant, æq  
person  
libus R  
gendur

QVOD  
ind

PR  
qu  
diuersi  
planat  
licet D  
cienter  
tuum,  
peccat  
uissim  
leratur  
comm  
nam v  
dicauit

in similibus pœnis & castigationibus Dei vtilia nobis esse possint. Et quia in priori huius tractatus parte personas particulares instruximus, qualiter in tribulationibus particularibus habere se debeant, vt aliquem ex illis fructum percipiant, æquum etiam est, vt omnes pariter personas in genere, quid ipsis in generalibus Reip. miserijs & persecutionibus agendum, omittendum ué sit, doceamus.

## CAPVT III.

*QVOD HOMO SECRETA DEI  
iudicia nec indicare, nec propter illa  
scandalizari debeat.*

**P**riusquam causas indicemus, ob quas Deus suos tot, tantis, tamque diuersis pœnis affligat, duo superius explanata nobis recognoscenda sunt, videlicet Deū Authorem esse & causam efficientem omnium pœnarum & cruciatuum, ita tamen, vt causa permissiua sit peccati & culpæ: præterea eundem grauissima ista hominum delicta minimè toleraturum ac permissurum, nisi maiora commoda ex ipsis prouentura videre: nam vt ait S. Augustinus: Melius esse iudicauit de malis benefacere, quàm mala  
*Lib. 1. ca. 4.*  
*Enchiri. cap. 27.*  
 L  
 nulla

nulla permittere.

Porro tertia quoque causa duabus præcedentibus nec inferior, nec minor, nec necessaria, addenda est, nimirum sic nihil secretius, occultius, & incomprehensibilius esse potest Deo, ita etiam iudicia eius omnium profundissima, & proximè abscondita sunt, nec à quoquam comprehendi aut indagari possunt.

*Psal. 35.*

Propheta Regius inquit: *Iustitia tua excutit montes Dei: iudicia tua abyssus multa.*

*Ecclesiast. cap. 11.*

Sapiens: *Mirabilia opera altissimi solius, & gloriosa, & absconsa, & inuisa opera illius.* Et alibi: *Quomodo ignoras quæ sit via spiritus, & quæ ratione compingentur ossa in ventre pregnantis: sic nescis opera Dei qui fabricator est omnium.*

*Ecclesiast. cap. 11.*

*Et alibi: Quomodo ignoras quæ sit via spiritus, & quæ ratione compingentur ossa in ventre pregnantis: sic nescis opera Dei qui fabricator est omnium.*

*Cap. 36.*

*Et alibi: Magnus vincens scientiam nostram: numerus annorum eius inestimabilis.*

*Rom. 11.*

*Quis poterit scrutari vias eius? Sanctus item Apostolus Paulus exclamat dicens: O altitudo divitiarum, sapientiæ, & scientiæ Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Quis enim cognouit sensum Domini? Aut quis Consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribucit ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.*

Si ingenij nostri tenuitate confisi

Dei comprehendere & indagare possemus, non esset Deus, quia nomen hoc (DEVS) denotat substantiam & mare infinitarum perfectionum, quæ non nisi ab ipso Deo perfecte, cognosci & comprehendi possunt. Ideoque Esaias inquit: *Verè tu es Deus absconditus.* Et sanctus Paulus: *Deus lucem inhabitat inaccessibilem.* Hanc etiam ob causam Elias prætereunte Deo operuit vultum suum pallio; nec filij Israël cornutam faciem Moyses intueri potuerunt. Intellectus non sicut, ait Aristoteles, non magis idoneus, aptus & proprius est ad comprehendendas res cælestes & diuinas, quàm oculus vespertilionis ad videndum lumen & claritatem Solis. Quis cælum manu mensurare, & immensum maris oceanum paruo vasi includere potest? Qui cæcutientem habet visum, non ita procul videre potest, sicut is, qui acriori præditus est. Idiota seu rusticus non capere & intelligere potest, quæ homo doctus & Philosophiæ peritus intelligit. In hoc præcipuè Regum ac Principum autoritas & imperium consistit, quòd occulta, secreta, & incognita eorum sint consilia.

Quòd si homines talia faciunt, quid mirum si Deus faciat? Quis mirabitur

Cap. 45.

1. Timo. 6.

3. Reg. 19.

Exodi. 34.

Deum permittere mundum hunc  
 sum esse iniquitatum, & errorum nec  
 lis repletum, vt tot hominum millia  
 tenebris sine vera Creatoris sui agniti-  
 one viuant, & simulachra ex ligno, lapide,  
 auro vel argento manibus suis fabricata  
 adorent: & contra, vt quibus in locum  
 vera religio, & vera Dei viger cognitio  
 ibidem non tantum exigua plane Deum  
 lectio, & diuinorum mandatorum  
 seruatio, nec non & exiguus virtutum  
 respectus, sed maior potius neglectus  
 contemptus celestium, & maxima ter-  
 narum rerum sollicitudo & desiderium  
 reperiatur? Quis coniectare & cognoscere  
 re potest, cur Deus Regem Iosiam,  
 (sicut ait Scriptura) *Fecit quod placuit ei*  
*erat coram Domino, & ambulauit per omnia*  
*vias David Patris sui: non declinauit ad dex-*  
*teram, siue ad sinistram,* in ipso iuuentu-  
 tis flore à sagittarijs Nechaonis Regis  
 vulnerari, & mori voluerit; ita vt non  
 lum vniuersus Iuda & Ierusalem ca-  
 luxerint, verum etiam Ieremias Prophe-  
 ta lamentationes seu Threnos in illius  
 honorem & laudem decantandos com-  
 scripserit? Quis intelligit, quam ob cau-  
 sam Deus tot Pontificum, Regum,  
 Imperatorum expeditiones & conatus  
 ad recuperandam terram sanctam susci-

4. Reg.

3. Reg. 13.

21. & 23.

2. Paral. 35.

ptos, irritos fecerit? Cur S. Lodouicus Francorum Rex bis in propria persona contra paganos pugnaturus, prima vice captus; altera peste correptus obiit? Quis occulta Dei iudicia de bellis & conflictibus à Catholicis contra Hussitas in regno Bohemiæ initis comprehendere potest? in quibus etsi vniuersæ Ecclesiæ & Romani Imperij vires ad pestiferam hanc faciem extinguendam coniunctæ essent, Catholici tamen semper contriti & cæsi terga vertere: ita vt audito solo Ioannis Ziscæ Hussitarum Principis nomine, timentes trepidarent: qui cum cæcus & claudus foret, nihilominus tamen crudelissimus & perfidissimus Christianorum extitit inimicus. Quis consilia Dei perscrutabitur in casibus quotidie nobis ob oculos versantibus, videlicet in victorijs quas impijs aduersos iustos largitur?

Porro mirum non est, si profunda & arcana Dei mysteria penetrare nequeamus, cum ne minima quidem nobis cognita esse voluerit. Quis infinitam Dei intelligit sapientiam, quæ non tantum in maximis, sed etiam in minimis & abiectissimis eius operibus apparet? Quis, inquit S. Augustinus, dabit rationem cur Deus creator omnium dederit carni

21. Lib. de  
civit. cap. 4.

pauonis mortui ne putresceret, & p  
vel tam frigidam vim, vt obrutas ma  
feruet: vel tam feruidam, vt poma im  
tura maturet: quare calx aqua perfusa  
de feruescit, vnde feruentia cuncta  
gescunt, perfusa autem oleo, quod  
gis fomes est ignis, nulla eius perfusio  
vel infusione feruescit: Cur magnes  
rum attrahit, & iuxta adamantem pe  
tus, mox quod rapuerat remittit: Cur  
tra lapis, quem Plinius Theamedem  
minat, ferrum a se abigit & repellit: Qu  
indicare poterit, cur pisciculus, Remo  
dictus, maximæ nauis plenis velis ac ve  
cissimo cursu mare traicienti adma  
eandem ita fortitudine sua remoretur  
vt ulterius progredi nequeat: Quis ade  
rabilem Phœnicis explicabit naturam,  
qui vnicus, vt S. Ambrosius testatur, in  
mundo existens, cum quingentis annis  
expletis, sibi finem vitæ adesse aduert  
rit, facit sibi thecam de thure & myrris  
& cæteris odoribus, in quam impleto  
tæ suæ tempore, intrat & moritur, de  
ius carnis humore, vermis exurgit, pau  
timque adolescit, & processu statuti  
poris, induit alarum remigia, atque  
superioris auis speciem formamque  
paratur? Quid mirabilius, quam  
mal Salamandra dictum, in ignibus

Lib. 36.  
cap. 16.

Plin. l. 10.  
cap. 2.

Amb. lib.  
Hexame.

Plin. l. 10.  
cap. 66.  
August. l.  
21. de cin.  
cap. 4.

vere, e  
ere?  
Sed  
induc  
ante o  
rem in  
carum  
artific  
capien  
ctione  
num,  
cis, cu  
tius &  
tui Ec  
maxim  
hæc o  
quam  
incon  
fere vo  
tæ ra  
pauci  
breui  
quan  
rerum  
gat qu  
lem,  
SS Ba  
num,  
lum.  
Cu

vere, eosdemque frigiditate sua extingui-  
ere?

Sed quorsum peregrina illa exempla induco, cū innumera alia quotidie nobis ante oculos obuersentur? Quis singularem industriam & prouidentiam Formicarum, regimen Apum, subtilitatem & artificium araneorum in texendis telis & capiendis muscis, murmur & aeres punctiones muscarum, ortum, vitam, somnum, comestionem & laborem bombycis, cuius textura mundi stultitiæ, delictijs & voluptatibus Principum, & ornamenti Ecclesiarum ytilitatem & decorem maximum subministrat; quis inquam hæc omnia comprehendere potest? Nūquam profecto finiremus, si mirabiles & incomprehensibiles rerum naturas recensere vellemus, in quibus diuinæ sapientiæ radij apparent: at intentio mea est paucis declarare, quā intellectus noster breuis & exiguus sit, & debilis visus, quandoquidem nec suprema, nec infima rerum eodem concipere possumus. Legat qui volet de hac materia Aristotelem, Theophrastum, Pliniū, Aelianum, SS Basilium, Ambrosium, & Augustinum, & Lodouici Granatensis Symbolum.

Cum ergò infimarum rerū quotidie  
L 4 nobis



nobis ob oculos versantium naturam  
 & conditionem perscrutari & intelligi-  
 re nequeamus: cumque formica, verme-  
 culus, & pisciculus vnicus maximam le-  
 tellectui nostro faciat difficultatem, et  
 quod virtutem, proprietatem, & operati-  
 onem eius nequaquam indagare, & per-  
 spicue cognoscere valeamus: quid mira-  
 mur, si incomprehensibilia consilia &  
 profundissima Dei iudicia, quibus in coe-  
 listico ineffabilis suae prouidentiae om-  
 nia gubernat, penetrare ac capere non  
 possimus? Hinc S. Gregorius inquit: Qui  
 in factis Dei rationem non videt, infir-  
 mitatem suam considerans, cur non ve-  
 deat, rationem videt. Et in alio loco  
 Recti viri cum iniuste ab hominibus im-  
 petuntur, ad supernum iudicium recu-  
 runt: vt videlicet in eo videant qua cum  
 sapientia, ordine, & prouidentia intus  
 disponit, quod extra confusum esse vide-  
 tur. S. item Augustinus ait: Quamuis ne-  
 sciamus quo iudicio Deus ista, vel faciat,  
 vel fieri sinat: apud quem summa virtus  
 est, & summa sapientia, summaque iusti-  
 tia, nulla infirmitas, nulla temeritas, nul-  
 la iniquitas: salubriter tamen discimus  
 non magnipendere, seu bona seu mala,  
 quae videmus esse bonis malisque com-  
 munia: & illa bona quærere, quae bono-  
 rum:

*Lib. 9. mo-  
 ral. ca. 11.*

*Lib. 26.  
 mor. cap. 2.*

*Lib. 20. de  
 ciui. cap. 2.*

rum  
 pria  
 De  
 iam  
 es D  
 cunc  
 quae  
 que v  
 da su  
 hoc e  
 iudic  
 penè  
 tesqu  
 hac r  
 esse q  
 causa  
 facia  
 non  
 aude  
 quia  
 teme  
 sinari  
 ac di  
 Qu  
 sus ac  
 cong  
 hanc  
 quid  
 tum sa  
 Curio

rum : atque illa mala fugere, quæ propria sunt malorum. Cum verò ad illud Dei iudicium venerimus, cuius tempus iam proprij dies iudicij, & aliquandò dies Domini nuncupatur, non solum quæcunque tunc iudicabuntur, verum etiam quæcunque ab intio iudicata, & quæcunque vsque ad illud tempus adhuc iudicanda sunt, apparebunt esse iustissima. Vbi hoc quoque manifestabitur, quàm iusto iudicio Dei fiat, vt nunc tam multa, ac penè omnia iusta iudicia Dei, sensus mentesque mortalium lateant: cum tamen in hac re piorum fidem non lateat, iustum esse quod latet. Saluianus inquit: *Qua Lib. 3. prou.* causa Deus hæc de quibus loquimur ita faciat, nolo à me requiras. Homo sum, non intelligo secreta Dei, inuestigare nō *Homo non* audeo, & ideò etiam attentare formido: *debet Dei* quia & hoc ipsum genus quasi sacrilegæ *secreta intemeritatis* est, si plus scire cupias quàm *uestigare.* sinaris. Sufficiat tibi quod Deus à se agi ac dispensari cuncta testetur.

Quando igitur inusitati & inauditi casus accidunt, qui humanæ fragilitati incongrui & erronei videntur, ineffabilem hanc regulam præ manibus sumentes, *Rom. II.* quid Apostolus dicat, audiamus: *Noli altum sapere, sed time.* Item S. Augustinu: *Curiosus non sis inquirendo & perscrutando*

L 5 tando

tando secreta Dei: nam causa potest esse  
occulta, sed non iniusta. Et S. Gregorius

*Li. 27. mor. cap. 2.* Occulta sunt eius iudicia, & quanta ob-

scuritate nequeunt conspici, tanta de-  
bent humilitate venerari, quia S. dicitur  
Spiritus: *Qui scrutator est Maieftatis, appre-*

*Li. 12. mor. cap. 15.* *metur à gloria.* Et iterum sanctus Grege-

rius: Qui de æterno loqueris, pensa quia  
temporalis es. Qui de eius sapientia dis-  
sputas, pensa quia eius consilium igno-  
ras.

Legimus Eremitam quendam instanter  
Deum exorasse, quatenus secreta sua  
iudicia ipsi declararet. ad quem Deus  
Angelum in forma alterius cuiusdam  
Eremitæ misit. Cumque iam supernè re-  
legatus ad alterum venisset, rogauit eum,  
vt ad alios eiusdem Eremitæ cultores  
inuisendos sibi comes esset; quod & fe-  
cit. Cum verò transactis iam aliquot sta-  
dijs alterius sancti Monachi cellulæ ap-  
propinquarent, & ab ipso cum maximo  
gaudio excepti, quàm humanissimè tra-  
ctati fuissent, Angelus eidem in discessu  
amphoram aquariam surripuit. Mona-  
chus ereptam sibi amphoram aduertens,  
puerum quendam post illos misit, qui  
eam supplici prece repeteret. Quid factum  
Angelus non tantùm sublatam non red-  
didit amphoram, verùm etiam adolefcentem

tem ipsum occidit. Inde ad alterius, importuni, crassi & inepti Monachi cellam accesserunt; qui etsi eos vix suscipere dignaretur, postero tamen die Angelus eundem amphora priori Eremitæ erepta donauit. Videbat hæc comes & socius Angeli, & summoperè admirans, haud parum de tam crudeli & inaudito factò scandalizabatur, quia Angelum Eremitam sui similem fore putabat: Ad quem Angelus: Desiderio, inquit, magno desiderasti, & maximis precibus efflagitasti scire & cognoscere secreta iudiciorum Dei, ideoq; desuper ad te missus sum, vt eadem tibi reuelem. Monachum istum amphora spoliaui, eò quòd nefas sit rem male & iniuste acquisitã à viro tam sancto possideri, licet per ignorantiam sine peccato ipsam possederit, quia furto quandoque sublata, eidem donata fuit: importuno autem & non benè morato huic Monacho eam tradidi in suimet poenam & detrimentum; puerum occidi, vt saluaretur, siquidem in momento isto in gratia Dei erat, quem nisi interemissẽ, eadẽ nocte parẽte & spiritali animæ suę Rectore trucidato, perpetuis inferni pœnis m̄cipatus fuisset. His dictis Angelus disparuit, Eremita autem consolatus & instructus, nunquã deinceps secreta Dei

iudicia perferuari & iudicare præfer-  
 pfit. Sed vtriquandò tandem iustitia  
 nostri fines repetamus, dubia præcedentis  
 capitulo proposita paucis declarabimus.

## CAPVT IV.

**QVARE DEVS PECCATA**  
*quædam per alia puniat, & quàm pu-  
 nitio hæc grauis sit.*

**R**Egius Propheta Dauid de peccato-  
 ribus cum Deo colloquens ait: *Pro-*  
*pone iniquitatem super iniquitatem eorum*  
*& non intrent in iustitiam tuam.* Item Ap-  
 postolus Paulus expressè inquit: *Quis con-*  
*cognouissent Deum; non sicut Deum glorifi-*  
*cauerunt, aut gratias egerunt: sed euert-*  
*runt in cogitationibus suis; & obsecrationem*  
*est insipiens cor eorum: dicentes enim se esse*  
*sapientes, stulti facti sunt. Et mutauerunt*  
*gloriam incorruptibilis Dei, in similitudi-*  
*nem imaginis corruptibilis hominis, & vt-*  
*lucrum; & quadrupedum, & serpentium.*  
*Propter quod tradidit illos Deus in repro-*  
*bum sensum: vt faciant ea, quæ non conueni-*  
*unt.* Et alibi: *Eò quod charitatem veritatis*  
*non receperunt vt salui fierent. Ideò misit*  
*illis Deus operationem erroris, vt credant*  
*mendacio: vt iudicentur omnes, qui non cre-*  
*diderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.*

*Psal. 86.*

*Rom. 1.*

*2. Thess. 2.*

Ex

Ex his alijsque S. scripturæ locis, Theologi concludunt, Deū frequenter peccata quædam per alia punire, nec immeritò, nō quòd Deus alicuius peccati operator & causa sit: (neque enim illud possibile est, uti suprà declarauimus) sed quia peccatorem diuinam gratiam acceptare & benè uti illa nolentem propter obstinatam & peruersam voluntatē & pertinaciam suam, eadem planè destituit, sine qua pauper, nudus, inermis, subiectus & subiugatus manet sensualibus & inordinatis appetitibus & inclinationibus malis; ita ut instar effrenati & indomiti equi, seipsum præcipitet in alia grauiora scelera, quæ per se peccata sunt, & ex supra dicta causa pœnæ nuncupantur, omnium præcedentium delictorum, quibus promeruit ut freno & singulari Dei gratia & auxilio priuaretur. Hinc sanctus Gregorius: Peccatum primum alterius subsequenti peccati causam, posterius verò præcedentis delicti pœnam esse affirmat. Et alio in loco: Peccatum, inquit, quod ex peccato oritur, non iam peccatum tantummodò, sed peccatum est & pœna peccati, quia iusto iudicio omnipotens Deus cor peccantis obnubilat: ut præcedentis peccati merito etiam in alia cadat. Quē enim liberare noluit, dese-

Lib. 5.

M. 4. 12.

*Homil. II.*

rendo percussit. Hæc ipsa S. Gregorij verba sunt super Prophetam Iob. qui etiam super Ezechielem scribens, ad longum adiunctis circumstantijs ostendit & docet, Peccatum primum, peccatum simul esse & causã peccati, ita vt peccatũ quod peccato sequitur, peccatũ simul sit & pœna peccati, tametsi Deus peccatorem in hac vita nunquam sic absolutè deserat, vt mediante sua gratia conuersus, peccata nitere nequeat.

Punitio hæc Dei grauis & terribilis est, & multò magis, quàm quæuis alia temporalis formidanda, quia nec sterilitas aut annonæ caritas, neque fames, aut venenosa aëris infectio, neque pestis aut aliterius cuiuspiam mortiferi morbi grassatio, vel bellum, denique nec regnorum dissidium, aut alia quæcunque temporalis afflictio, tam apertum & horribile iræcundiæ & indignationis diuinæ signum est, quàm si peccatum vnum per aliquod puniatur: nam licet reliquæ pœnæ temporales aliquantulum acerbæ & formidabiles videantur, plerunque tamen pœternæ sunt, pœna autem hæc abominabilis est, & vltio Inimici. Ideoque Dominus per Ieremiam sic loquitur: *Plaga inimici percussit te castigatione crudeli: propter multitudinem iniquitatis tuæ dura facta*

*Ierem. 30.*

*sunt peccata tua:* Et alibi apud eundem hoc genus plagarum ventum appellat vrentem, non ad ventilandum & purgandum, sed ad comburendum & consumendum.

Res sanè horrenda & summoperè obstupescenda, Deum, (qui ipsa infinita & immensa bonitas est, qui virtutem supra omnem modum diligit, eandemque æterna gloria remunerat, qui detestatur peccatum, & perpetuis inferni tormentis delicta castigat, quiq; seipsum Deo Patri pro nobis offerens sanguinem suum effudit, & mortuus est in ligno crucis ad delendum & destruendum peccatum) eundem inquam nihilominus tot ac tantas in mundo iniquitates, & detestanda atq; execranda scelera tolerare, quæ bruta animantia ipsosque demones & infernales vultures magis, quàm homines decent: præterea permittere innumeras propemodum & maximè diuersas Hæreses superioribus sæculis exortas, hoc nostro, proh dolor, infelicissimo tempore, opere compleri.

Hæresis enim omnium totius mundi peccatorum seu delictorum peccatum est maximū, quod summo atq; inexplicabili odio Deus prosequitur, quia euellit

*Hæresis & mala eius.*

& ex.



& extirpat radices omnium virtutum  
fidem christianæ vitæ fundamentum  
sine qua nullus Deo placere potest, pec-  
tus destruit atque euertit.

Ex his colligere licet, quàm graui  
multiplicia sint delicta nostra, quande-  
quidem illis adeò duram, seueram & ter-  
ribilem pœnam promeruerimus, ut  
mirum Deus postremis his nostris tem-  
poribus infinitas penè hæreses regnas  
permiserit, potissimum excogitatas Scie-  
troductas à Magistris inhonestæ ac pe-  
simæ vitæ, qui pestilentissimum doctri-  
næ suæ virus diffundentes in intellectu  
proprio erronei ac dissipatores, in opor-  
bus & effectis seditiosi, & sanguinolenti  
veræ Religionis, pacis & iustitiæ destruc-  
tores sunt & infensissimi hostes.

Heu nimium dolendum ac deplora-  
dum est, septuaginta circiter annorum  
spatio, ab eo videlicet tempore, quo Mar-  
tinus Lutherus pestiferam suam hæresin  
ab inferis reuocauit, tot egregias, nobi-  
lissimas & ditissimas prouincias, regio-  
nes, & regna per hæreses istas desolata  
esse & destructa. Sed cū hæc propriè ad in-  
stitutum nostrum, materiam scilicet tri-  
bulationum huic libello subiectam, non  
spectent, & de iisdem in alio quodam  
opusculo de vita R. P. Ignatij Loiolæ So-  
cietatis

L  
cietat  
manca  
eorum  
tius le  
histor  
confes  
eidem  
centib  
scet.  
Ver  
videat  
in mu  
sitater  
eadem  
as ade  
enim  
atque  
nostr  
cuius  
quent

CV R  
ret

E  
sint, b

cietatis Iesu fundatoris, anno salutis humanæ 1586. edito, latius egerim, nullam eorum hîc mentionem faciam, quin potius lectorem eò remittam, qui etiam ex historia de schismate Anglicano à me conscripta, quantum infernalis illa pestis eidem regno & regionibus circumiacentibus damni intulerit, liquidè cognoscat.

Verùm nunc vltèrius progredientes, videamus quam ob causam Deus tanta in mundo mala, sectarum scilicet diuersitatem seu hæreson patiatur, & cur eadem tot inclytas & nobiles Prouincias adeò seuerè affligat ac perdat. reuera enim pœna & tribulatio ista, nos æquè atque illos concernit, siquidem Fratres nostri sunt, & membra S. matris Ecclesiæ cuius Filij sumus, quemadmodum in sequentibus capitulis ostendemus.

## CAPVT V.

*CVR DEVS HERESSES TOLE-  
ret, & qua ratione illarum medio  
potentiam suam reuelet.*

**E**T si abusus & damna ex Hæresi profecta, maxima & perniciosissima sint, bona tamen quæ Deus inde producit &

cit & elicit, multò maiora sunt & meliora. Firmiter enim semper & constanti principio & fundamento superius declarato inhærendum est, videlicet Deum nihil vnquam mali in mundo permittitur, nisi maius aliquod bonum eodem profecturum præuideat. Et hoc propriè est Dei. Nam sicut impius ex bono elicit malum; ita omnipotentia Dei conuenit, vt ex malo procreet bonum, spinas in rosas conuertat, veneno salutem, & morte restituat vitam. Neque hoc ex natura mali procedit, nec Hæresi, multò minus Hæreticis, sed soli supremæ & ineffabili eius bonitati & clementia describendum, quæ in illo infinitam potentiam & incomprehensibilem suam manifestat sapientiam. Atque hæc diuinarum perfectionum manifestatio Catholicis gratia est multò vtilior, magis ad Dei honorem & gloriam (cuius causa visibilia simul & inuisibilia cuncta ex nihilo creata sunt) tendit, quam damnum aut incommodum ex Hæresi profectum.

Sed latius & accuratius de hac materia tractando, dico supremam Dei potentiam grassante Hæresi tunc potissimum manifestari, quando nimirum veritas per eam defensa, ita confortatur, ac stabilitur, vt

I  
 quan  
 port  
 præu  
 psun  
 præc  
 sum  
 prol  
 quan  
 adm  
 umb  
 phor  
 rum  
 tium  
 & fa  
 deli  
 deliu  
 mac  
 oppr  
 corr  
 fluct  
 bio e  
 Eccl  
 H  
 tam  
 rine  
 Liri  
 hun  
 dem  
 mo

quamuis oppugnetur & consternatur, portis tamen totisque inferni viribus præualeat, & victoriâ potiatur, quod ipsum ex ortu, progressu, & fine omnium præcedentium & præteritarum Hæresum manifestè apparet: ne autem nimis prolixus sim, de Arriana tantum Hæresi quàm breuissimè agam. Cùm enim ea admiranda Imperatorum potentia adumbratâ & sophisticâ quadam Philosophorum sapientiâ, autoritate multorum Episcoporum absurdè hallucinantium, versuta, & subtili argumentatione, & fallaci deceptione profitentium, crudeli denique trucidatione & laniena fidelium seruatorum Dei, & alijs innumeris machinationibus, ad Ecclesiæ veritatem opprimendam excogitatis, armata & corroborata esset, citius tamen aquarum fluctus Marpesiam caudem, vt in prouerbio est, confringere, quàm ipsa aduersus Ecclesiam præualere potuisset.

Hæc Arrianorum persecutio tanta tamque horrenda fuit, vt Vicentius Lirinensis, Monasterij sancti Honorati in Lirinensi Insula Religiosus, de eadem hunc in modum loquatur: Cuius quidem temporis periculo satis superque monstratum est, quantū inuehatur calamita-

*Aduersus  
heres. ca. 6.*

mita-

mitatis, nouelli dogmatis inductione  
 Tunc siquidem non solum paruæres, sed  
 etiam maximæ labefactatæ sunt. Nec e-  
 nim tantum affinitates, cognationes, a-  
 micitiæ, domus, verum etiam vires, po-  
 puli, prouinciæ, nationes, vniuersum  
 postremò Romanorum Imperium fusa-  
 ditus concussum & emotum est. Nam  
 cum prophana ipsa Arriaorum nouitas,  
 velut quædam *Bellona* aut *Furiosa*  
 pro prius omnium Imperatore, cuncta  
 denique palatij culmina legibus  
 nouis subiugasset, nequaquam deinceps  
 destitit vniuersa miscere atque vexare.  
 priuata atque publica, sacra profanaque  
 omnia, nullum boni & veri gerere discrimen,  
 sed quoscunque collibuisse, tanquam  
 de loco superiori percutere. Tot  
 temeritate coniuges, depopularæ viduæ,  
 profanatae virgines, monasteria demoli-  
 ta, disturbati Clerici, verberati Leuitæ,  
 acti in exilium Sacerdotes, oppleta san-  
 ctis ergastula, carceres, metalla: quorum  
 pars interdictis viribus protrusi atque  
 extorres, inter deserta, speluncas, feras,  
 saxa, nuditate, fame, siti, affecti, contriti,  
 & tabefacti sunt. Fatetur & sanctus Basilius  
 secundum suam opinionem hanc  
 persecutionem principium fuisse Apo-  
 stasie, de qua sanctus Paulus ad Thessalonicenses  
 sic dicitur.

*Epist. 60.*

*2. Thess. 2.*

lonicenses scribit. S. item Hieronymus in epistola quadam ait SS. Athanasio & Paulino exceptis, totum Orientem Ariana Hæresi infectum fuisse.

Egregiè profectò Deus potentiam suam ostēdit, quando sancto Athanasio inuictissimo Ecclesiæ Doctori tantam animi constantiam & fortitudinem tribuit, ut Arrianæ Hæresi se opponeret, inimicorum manus euaderet, eorumque infidias & machinationes ludificaret. Eadem Dei potentia magnificè sese ostentauit in spiritu & doctrina S. Hilarij Picta uorum Episcopi, qui licet patria expulsus, ad peregrinas & barbaras nationes ablegatus esset, tamen resuscitatis quibusdam mortuis, alijsque miraculis perpetratis, patriæ restitutus est.

Magna etiam Dei potestas apparuit, quando circiter 4976. Episcopi & Religiosi (inter quos multi senes, debiles & infirmi) tempore Honorici V Vandalarum Regis capti, & tormentis varijs excruciat, martyrio coronati sunt. nam quantò ipsi erant debiliores, & horribiliora tormenta: tantò amplior & fortior relucebat in eis diuina potentia. Aliter quoque necnon & multò clarius potentia Dei effulsit, quando nimirum quosdam diuersis supplicijs à prædicto Honorico

*Ruffinus*  
*li. 10. Socr.*  
*lib. 2.*

*Sozom. li. 5.*  
*cap. 12.*

*Martyr. Rō.*  
*12. Octob.*

*Naocl. l. 2.*

*Aliter gene. 17.*

*Gregr. li. 3.*

*Dia. cap. 32.*

*Euig. l. 4.*

*rico cap. 14.*

Greg. lib. 3.  
Dial. ca. 31.

rico affectos, tanta gratia donauit, quamuis iussu & imperio tyranni linguæ eis excisæ & radicibus euulsæ essent, nihilominus tamen articulatim dictiones & syllabas proferentes, perfectissimè, tametsi miraculosè, loquerentur. Nec minus euidenter diuina potentia claruit in Ermigildo Liuigildi VVisigothorum Regis filio, qui contempto regno, à crudelissimo Patre comprehendi, arctæ custodiæ demandari, & securi feriri maluit, quàm vel in minimo à verâ Catholica, & orthodoxâ fide deflectere: nec longè post huius Illustrissimi Principis & sanctissimi Martyris obitum pestifera Arianorum infectio, à Gothis in Hispaniam introducta, non in Hispanijs solum, sed & in cunctis mundi partibus extirpata & abolita est. Quin & eiusdem Doctores & Magistri non tantum à SS. Concilijs condemnati, verumetiam ab omnipotenti Deo seuerissimè puniti sunt, Regesque & Imperatores falsæ eorum doctrinæ adhærentes mala morte perierunt, ita vt Catholica Religio deuicta Hæresis triumphans in pace & tranquillitate sancta profecerit.

Simili planè modo reliquas perditionis sectas, postremis hisce infelicissimis sæculis contra sanctam, Catholicam, A-

post

post  
Matre  
riter r  
aut in  
finita  
horrid  
sint, ta  
cunt,  
mane  
vt in h  
clariss  
tentia

270

O  
relig  
virtuti  
Cum e  
storum  
prouid  
dentiss  
lesti lu  
nissimi  
nebula

postolicam, & Romanam Ecclesiam Matrem nostram insurgentes, particulariter recensere possemus: sed quorsum, aut in quem finem? nam licet earum infinita multitudo, & nonnullæ perquam horribiles, abominabiles & execrabiles sint, tamen omnes quasi fumus evanescent, veritate integra & incorrupta permanente, ac de mendacijs triumphante, vt in his, sicut & in omnibus alijs, diuina clarissimè reluceat & manifestetur potentia,

## CAPVT VI.

*QVOMODO REGNANTE HÆRESI sapientia Dei reuelatur.*

**Q**uid de admirabili diuinæ sapientiæ lumine, inter densissimas Hæreticorum tenebras & caligines potissimum virtutis suæ radios exerente, dicam? Cum enim Deus maximam suorum Electorum curam & sollicitudinem gerat, prouidet ipsis necessitatis tempore prudentissimos quosdam Doctores, qui cælesti lumine mundum illustrantes, clarissimis veritatis radijs, densas errorum nebulas abigant,

Et si



Et sicut album seu candidum colore nigro appposito, & lumen à tenebris facti dignoscitur: ita quoque cælestis præstantissimorum horum virorum spiritus, supremo diuinæ sapientiæ fonte promans, multò splendidior & clarior est, quando peruersæ insipientium ministrorum ignorantia comparatur & oppositur. Neque enim supra dicti SS. Athanasius & Hilarius doctrinam suam adeò magnificè ostētassent, nisi animicida & veritatis hostis Arius eos prouocasset. Nec S. Hieronymus contra Vigilantium Iouinianum, & Heluidium: non S. Augustinus contra Pelagianos & Manicheos: non S. Cyrillus contra Nestorianos: nec S. Dominicus contra Albigeneses: denique nec alij sanctissimi ac prudentissimi & generosissimi Christianæ fidei Ductores doctrinæ suæ diuitias effundere, nec res aut magnanimitatis suæ radium contra monstrosas, abominandas, ac detestandas Hæreses, & infensissimos Dei inimicos exerere ac demonstrare potuissent, nisi in campum prodeuntes, in dardanioque bello, aperto Marte Catholicam Ecclesiam oppugnassent.

Nec minus sapientia Dei refulget celebratis Oecumenicis Concilijs & manifestò subsidio Spiritus sancti, cuius

I  
 finctu  
 peregr  
 S. Eccle  
 cam, &  
 regete  
 in Nica  
 stantin  
 ma illa  
 rum &  
 Arius,  
 clis sui  
 Papæ,  
 dosij te  
 politan  
 pis, con  
 habitus  
 toris T  
 à duce  
 storij E  
 deniqu  
 perato  
 cilium  
 rum co  
 lebrati  
 cumen  
 norata  
 firetur  
 Præ  
 uersus  
 quin &

finctu SS. PP. omnes nouas, inuitatas,  
 peregrinas, falsas, & curiosas doctrinas à  
 S. Ecclesia excludentes, veram, Catholi-  
 cam, & orthodoxam fidem, qua Ecclesia  
 regetur, vnanimis confirmârunt. Sic  
 in Nicæa ciuitate Syluestri Papæ & Con-  
 stantini Imperatoris tempore, celeberrima  
 illa Synodus celebrata est trecento-  
 rum & decem & octo Episcoporum, &  
 Arius, Sabellius, & Fotinus cum affe-  
 ctis suis condemnati sunt. Sic Damasi  
 Papæ, & Imperatorū Gratiani & Theo-  
 dosij tempore, Concilium Constantino-  
 politanū à centum quinquaginta Episco-  
 pis, contra Eunomium & Macedonium  
 habitum. Sic Cælestini Papæ, & Impera-  
 toris Theodosij II. tempore, Ephesinum  
 à ducentis Episcopis contra errores Ne-  
 storij Episcopi Constantinopolitani. Sic  
 denique S. Leone Pontifice Max. & Im-  
 peratore Marciano Chalcedonense Con-  
 cilium sexcentorum triginta Episcopo-  
 rum contra Eutichium & Dioscorum ce-  
 lebratum est. Hæc quatuor Concilia Oe-  
 cumenica vt quatuor Euangelia à se ho-  
 norata & obseruata esse S. Gregorius pro-  
 fitetur.

Lib. 1. Epist.

24.

Præter hæc plurima quoque alia ad-  
 uersus Hæreticos Concilia habita sunt,  
 quin & postremò Tridentinum contra

M

Luthe-

Lutherum eiusque sectatores conuocatum est. Ex quo, omnibusque supradictis satis liquidè apparet sapientia, claritas, resolutio & perseverantia Dei, qua facta, pura, ac integra fidei & religionis nostræ veritas conseruata, confirmata ac stabilitur; contra verò hæresum errores extirpati conteruntur, ita vt ex omnibus

*Cōtra Her.* lib. Concilij veram Vincentij *cap. 9.* *Lib.* nensis sententiam concludamus, nempe, proprium esse grauitatis & modestia Christianæ, non sua posteris tradere, sed à Maioribus accepta seruari.

*Niceph. lib. 8. cap. 23.* Solet etiam quandoque Deus Concilia illustrare & confirmare miraculis, vti Nicenum decoratum est. Priusquam enim acta Synodi perficerentur, euenit vt duo Episcopi è vita antè discesserint, quàm professionis fidei scripto annotationem subscriptionemque suam approposuisse. At reliqua Patrum turba, ad communem sepulturæ & dormitionis locum venêre, & monumento illorum assistentes, scriptumque in manibus habentes, tanquam ad viuentes & audientes: Bonum certamen dixerunt diui Patres nobiscum decertastis, cursum peragistis, fidem seruastis.

Si igitur obtinere debere id censeatis, quod

quod à nobis est actum: quoniam nunc  
 nullo interposito obstaculo, Trinitatis  
 splendore illustrati, clarius id perspiciatis,  
 peropus est vos nobiscum libello subscri-  
 bere. Hæc illi dixere, & libellum ob signa-  
 tum ad tumulum deposuere, noctemque  
 totam insomnem egere. Postridiè verò  
 ad locum eum rediere, signa inuiolata  
 inuenere, & libello explicato subscripti-  
 ones illorum reliquis insertas cognouere,  
 recentibus adhuc, in hæc verba conce-  
 ptas: Chrysanthus & Musonius, qui cum  
 Patribus omnibus, in sancta prima Oec-  
 umenica Nicæna Synodo consensi-  
 mus, quamuis corpore translatis, manu  
 tamen propria nos quoque libello sub-  
 scripsimus.

Sic in Chalcedonensi Concilio, vt  
 Author est Zonaras, cum ob veritatem  
 nostræ fidei PP. cum Hæreticis conueni-  
 re non possent, istius controuersie diju-  
 dicationem Deo permiserunt, placuitque  
 vt scriberetur in vno libello Catholicorum,  
 & in altero Hæreticorum sententia,  
 & ambo in loculo gloriose martyris  
 Euphemie collocarentur, & ex ipsius iu-  
 dicio constaret vtri rectè aut pe-  
 ram sentirent. Hæc cum Hæreticis quo-  
 que placuissent, libelli scripti, re-

*Ioan. Zonara.  
 lib. 3. ann.*

moto lapide qui loculum claudebat, p  
 etori martyris imponuntur, & lapis  
 suum locum repositus, ab vtraque par  
 signatur. Post triduum Imperatore  
 sente conueniunt, & aperto loculo,  
 rem miram! libellus Hæreticorum  
 pedes Martyris inuenitur, alter in ma  
 eius dextra, quã extendisse fertur ad  
 peratorem & Patriarcham, ac libellum  
 eis porrexisse. Hoc miraculo & cetero  
 testimonio fidei nostræ veritas confir  
 mata est.

Adhæc multa in Concilijs ordinat  
 tur, quæ morum reformationem con  
 cernunt, secundum quæ vitam, actio  
 nes & opera nostra ita instituamus ac de  
 rigamus, ne penitus concidentes in pe  
 petuum pereamus: nam nisi hæreses fuisse  
 sent, nunquam Concilia constitutiones  
 tales ordinassent, neque Catholica Ec  
 clesia tantis gauderet beneficijs, quanta  
 ex iisdem cõsecuta est. Quemadmodum  
 enim pacis tempore in summa tranqui  
 litate viuentes, curis, & sollicitudinibus  
 omnibus remotis in vtramque autem  
 dormimus: è contrario autem hostibus  
 tympana pulsantibus & vexilla exten  
 dentibus ad bellum accingimur, renouamus  
 arma, muros reparamus, vrbes & castra  
 munimenta firmamus, excubias agimus.

LI  
 mus, de  
 ca fortit  
 minimè  
 set: ita q  
 Hæretic  
 somnis e  
 scribere  
 super gr  
 to sollic  
 antiquis  
 diligent  
 literarum  
 ac Decre  
 gantur; t  
 & vniue  
 consuetu  
 cipua, pr  
 quibus p  
 bus inim  
 damus, r  
 uissimis  
 mus.  
 Eteni  
 dissoluta  
 pugnat  
 coaceru  
 ipsam su  
 inuadun  
 Hæretic  
 scriptura  
 mus.

mus, denique infirmiora ac debiliora loca fortissimis præsidij munimus, quod minimè fieret, nisi Hostis præ foribus esset: ita quoque Deus in belli tumultu, quæ Heretici nobis faceffunt, dormientes è somnis excitare, & nouum militem conscribere solet, Pastores item & Doctores super gregem sibi commissum aliquanto sollicitiores, sedulo studijs inuigilant antiquissimorum Patrum scripta, quàm diligentissimè reuoluuntur, vt sacrarum literarum nodi resoluantur, & Concilia ac Decreta Pontificum melius intelligantur; traditiones denique Apostolicæ & vniuersales Ecclesiæ constitutiones ac consuetudines inuestigantur, quæ præcipua, principalia, & fortissima arma sūt quibus protecti ab insidijs & incurfionibus inimicorum nos tueamur ac defendamus, moresque & vitam nostram grauiſſimis peccatis obnoxiam emendemus.

Etenim dum vita nostra inermis ac dissoluta ruinam minatur, aperto & oppugnato muro similis est, quem hæreses coaceruatim conscendentes, ciuitatem ipsam sine vi aut sanguinis profusione inuadunt. Hinc S. Augustinus Epist. 105. Hereticorum inquietudine (inquit) vt scripturas vigilatius perferutemur, vnde, ac ouis

ne oculi Christi noceant, eis possit occi-  
 ri, tanquam de somno ignauia non  
 excitatur industria. Ita per multiplicem  
 gratiam Saluatoris, etiam quod inimi-  
 cus in perniciosam machinatur, Deus con-  
 uertit in adiutorium. Et lib. 16. de ciuitate  
 Dei, cap. 2. adducens illud Apostoli  
*Oportet Hæreses esse, &c.* Multa quippe  
 Catholicam fidem, pertinētia (ait idem  
 sapientissimus Doctor) dum Hæretico-  
 rum callida inquietudine exagitantur,  
 aduersus eos defendi possint, & confide-  
 rantur diligentius, & intelliguntur clari-  
 us, & instantius prædicantur, & ab ad-  
 uersario mota quæstio, discendi erit  
 occasio. Quod adhuc explicatius tradit  
 ita sigillatim probat Enarration. in Psal-  
 54. Nunquid perfectè de Trinitate tracta-  
 tum est, antequam oblatrarent Ariani?  
 Nunquid perfectè de Pœnitentia tracta-  
 tum est, antequam obsisterent Nouati-  
 ani? Nunquid perfectè de Baptismate tra-  
 ctatum est, antequam contradicerent  
 eis positi rebaptizatores? &c. Vnde tra-  
 ctatum est, antequam contradicerent  
 dem cum eodem sic concludamus, lib. 16.  
 de vera religione capite octauo. Vt  
 (inquit) hoc diuinæ prouidentia bene-  
 ficio, utamur Hæreticis, non ut eos  
 approbemus errores, sed ut Catholicam  
 disciplinam aduersus eorum insidias  
 seruetur.

*1. Cor. II.*

L  
 ferente  
 mus,  
 non po  
 quod  
 Catho  
 tuales e  
 Hact  
 tissimo  
 dem se  
 nest co  
 Gratia  
 Atq  
 tempo  
 nouos  
 lites m  
 reticis  
 diuersa  
 veræ R  
 gandar  
 Ecclesi  
 randos  
 Pari  
 quand  
 per ho  
 confu  
 Conci  
 dicen  
 Sacero  
 nugas  
 esse,

ferentes, vigilantiores & cautiores si-  
mus, etiam si eos ad salutem reuocare  
non possumus. In hoc enim profunt,  
quod ad verum quærendum carnales  
Catholicos, ad verum aperiendum spiri-  
tuales excitent.

Hactenus ex ipso sanctissimo pruden-  
tissimoque Doctore, quem etiam in ean-  
dem sententiam videas licet lib. 1. de Ge-  
nesi contra Manich. ca. 1. quod refertur à  
Gratiano. 24. q. 3. c. vlt.

Atque hæc calamitosis hisce nostris  
temporibus Deum facere cernimus dum  
nouos nobis in auxiliū & præsidium mi-  
lites mittit, qui se fortiter ac strenuè Hæ-  
reticis opposcentes, plurimos egregios  
diuersarum materiarum libros contra  
veræ Religionis oppugnatores, ad propa-  
gandam, illuminandam, & instruendam  
Ecclesiam, & fidelium animos corrobora-  
randos, conscribunt.

Pari ratione diuina relucet sapientia,  
quando eruditos & argutos Hæreticos  
per homines simplices & illiteratos  
confusos, conuertit, veluti in Niceno  
Concilio contigit. Nam quidam arte  
dicendi sese ambitiosè venditans,  
Sacerdotibus nostris insultabat, &  
nugas ac deliramenta dicta eorum  
esse, cum repræhensione obijciebat.

*Ruffinus l.*  
*10. cap. 3.*  
*Sozom. lib.*  
*1. cap. 17.*  
*Niceph lib.*  
*8. cap. 15.*



Eius tam arrogātem superbiam, simp-  
 quidam senex non ferens (creditur autē  
 celebris & ille magnus Spyridion fuisse)  
 cum eo disputatione est congressus. Et  
 temerarijs quidem ea res risui fuit: qui  
 rō æquiores humanioresque erant, ver-  
 bantur, ne ab homine arte multa insti-  
 cto, Vir Græcarum disciplinarum pro-  
 fus experts, ludus fieret, & tamen dig-  
 tate tanta spectatum inhibere reformi-  
 bant. Itaque cum ei permissum esset: In  
 nomine Iesu Christi, Philosophi, inquit,  
 audiui. Vnus est Deus cæli & terra, vni-  
 biliumque & inuisibilium omnium con-  
 ditor, qui vniuersa hæc virtute verbi pro-  
 duxit & sustinet, & sanctitate Spiritus  
 ius stabilit & cōfirmat. Id verbum, quod  
 à nobis filius Dei nominatur, errorum  
 & seductionem humani generis misere-  
 rum, natum est ex muliere, & humanum  
 substantialiter recepit corpus: mortuum  
 etiam est pro nobis, & resurrexit. Et ve-  
 niet primo quoque tempore factorum  
 cuiusque quæsitō & Index. Hæc sic  
 habere, citra curiosam inquisitionem  
 dimus. Nec tu quomodo hæc sint, que-  
 re: neque rationem eorum arguere, aut  
 explorare aude. Superant enim hæc ratio-  
 onem, & cognitionem omnem longè  
 præcellunt. Et paululum conticescent  
 Credidit

L  
 Credidit  
 primu  
 sophus  
 que eff  
 uinus i  
 re con  
 ciperen  
 rando  
 diuiao  
 sed arc  
 norū tr  
 hic Phi  
 simpli  
 est disc  
 trabatu  
 Alio  
 tinus I  
 access  
 crimin  
 Religi  
 nas in  
 institu  
 Prine  
 Roma  
 præfu  
 ret. Ro  
 Episc  
 taren  
 onis  
 versat

Credisne, inquit, hæc? responde. Ad hæc primum hianti ore consternatus Philosophus: deinde, Credere se dixit: victumque esse statim professus, eadem quæ diuinus ille Senex sentiret, se quoque sentire constituit: atque vt & alij eundem reciperent animum, operam dedit, iureiurando confirmans omnibus: se non sine diuina numine religionem complexum, sed arcana quadam vi ad sacra Christianorum traductum esse. Hoc modo grauis hic Philosophus sequutus est humilem, simplicemque hunc Episcopum, factusque est discipulus, cuius se Magistrum arbitrabatur.

Alio quodam tempore, cum Constantinus Imperator Bizantium aduenisset, accesserunt ad eum quidam Philosophi, criminique illi dedere: quod haud rectam Religionem coleret: quodque res diuinas mutare, nouumque cultum contra instituta cum Maiorum suorum, tum Principum omnium, qui vel Græcis vel Romanis omni sæculorum memoria præfuisent, in Remp. introducere studeret. Rogauere item, vt cum Alexandro Episcopo de doctrina Christiana disputarent. Alexander igitur in eo exercitationis genere haudquaquam exquisitè versatus, fortassè etiam vitæ bonitate

M 5 fretus

Sozom. lib.

1. cap. 12.

Niceph. lib.

8. cap. 15.

fretus (erit enim vir perhonestus & specta-  
ta vita) Imperatoris iussu in dissen-  
certamen cum illis descendit. Philo-  
phis autem in vnum coactis, cum omnes  
disputare cuperent, postulauit Alexan-  
der, vt vnum, quem vellent, ad disputa-  
dum deligerent, cæteri que præsentibus  
dicerent cum silentio. Itaque cum vnus  
disputandi onus suscepisset: tum Alexan-  
der: In nomine Iesu Christi, inquit, præ-  
cipio tibi ne loquere. Quod vt primus  
dixerat, homo è vestigio obstricto con-  
conticuit, eò, quod sibi acciderat, factus  
reliquos per nutum admonens atque de-  
terrens. Et quum signis manuum que ge-  
stus, credere se significasset, cum lingua  
soluta simul vocem recuperauit.

*Iurius tom.  
2. in vita  
eius.*

Idem illud S. Petro Martyri contig-  
dum enim ipse cum Hæretico quodam  
disputare vellet, Hæreticus vi & virtute  
orationis S. Petri ita planè obmutuit, vt  
ne verbum vllū loqui aut proferre pos-  
set; quo miraculo, perterritus, reli-  
puit, & conuersus ad Dominū  
in Catholicæ fidei veritate  
confirmatus est.

(. .)

CAPVT

## CAPVT VII.

*QVOD REGNANTE HÆRESI  
potissimum sese ostendat ac mani-  
festet bonitas Dei.*

**S**I Deus mirabilis est quando suam  
aduersus Hæreticos potentiam &  
sapientiam demonstrat, haud minus mi-  
rabilis est, dum immensam suam contra  
illos ostendit bonitatem. Etenim in quo  
melius apparere posset infinita Dei bo-  
nitas & clementia, quàm in eò, quòd ni-  
mirum tanta (vti supra memorauimus)  
bona, ex tam horribili Hæresis malo pro-  
ducat? omni profectò admiratione di-  
guum est, Deum ad eò bonum & beni-  
gnum esse, vt ipsi malorum omnium hu-  
ius mundi maximum & supremum, ad  
tantam vtilitatē seruire cogatur. An non  
mirū est, quòd nec dæmonū malitia, nec  
tyrannorum crudelitas & potentia, nec  
vniuersæ vires sufficiāt, ad disperdendū,  
vel vnū suorū Electorum. Euidētissimū  
sanè hoc immensæ bonitatis suæ est ar-  
gumentum. Atque hac ratione Deus ex  
somo & supremo peccato, crudelissi-  
ma scilicet atque ignominiosissima dile-  
cti filij sui morte, summum ac supre-  
mum produxit bonum, nempè vniuersi  
humani generis redemptionem, mundi

conuersionem, & infinitæ ac immensæ  
 bonitatis & misericordiæ suæ manifesta-  
 tionem. Ex Tyrannorum quoque per-  
 secutione, procreauit ac generauit fortitu-  
 dinem, cōstantiam, & triumphum ma-  
 tyrum, Ecclesiæ catholicæ defensionem,  
 & inimicorum suorum confusionem,  
 denique ex peccatis quæ indies per-  
 mittit ac tolerat, clementia & bonitas  
 ipsius clarissimè apparet, dum nimirum  
 ea patitur & condonat; partimque fragi-  
 litatem & miseriam hominis in peccati  
 incidentis recognoscimus, partim etiam  
 resurgentes nos ipsos contemplantur, &  
 humiliati atque confusi pœnitentiam  
 agimus, & cauemus ne relabamur, quia  
 & compatimur cadentibus, consolamur  
 lapsos, & auxiliamur resurgentibus. *Ver-*  
*D. Paulus inquit: Scimus quoniam diligen-*  
*tibus Deum omnia cooperantur in bonum.*  
 Supra quæ Apostoli. verba plurimi anti-  
 qui Patres asserunt, etiam peccata ab ip-  
 sīs commissa, prodesse & seruire illis in  
 bonum. Quemadmodum enim Sapiens  
 & expertus Medicus, tunc potissimum  
 artis suæ excellentiam demonstrat, quā-  
 do morbus grauissimus & quodam mo-  
 dō incurabilis est: ita quoque sapientissimus  
 ac supremus Medicus Deus, tunc  
 maximè ineffabilem bonitatem suam ostende-

**Rom. 8.**

stendere ac declarare solet, quando nimirum iniquitates nostras patienter tolerat, & inæstimabilia bona ex iisdem producens, vitam sanitatemque nobis largitur, qui iam mortui censebamur. Simili quoque modo manifestatur benignitas Dei, quando videlicet seipsum communicat hominibus, adeoque diuino suo amore illos accendit, vt ipsius ac veritatis causa mori omninò non recusat. Nam sicut nullum est certius indicium bonitatis & dilectionis Dei erga genus humanum, quàm quòd vitam suam nobis donauerit, & in crucis patibulo suspensus pro peccatis nostris mortuus sit: eodem modo homo, nec compensare id ipsum pro suo modulo melius, nec suum erga Deum amorem apertius declarare potest, quàm si effuso sanguine pro Christi nomine moriatur. quia vt ait ipse Dominus apud Ioannem: *Maic-* Ioan. 15.  
*rem hac dilectionem nemo habet, vt animã*  
*suam ponat quis pro amicis suis.* Et Aposto- Rom. 5.  
*lus Paulus: Cum adhuc peccatores essemus,*  
*Christus pro nobis mortuus est.* Et veluti  
 mors Christi in cruce, certissimum ac sup-  
 eremum est amoris sui erga nos testimo-  
 nium: sic quoque mors hominis pro  
 Christi nomine ac veritatis defensione  
 tolerata, manifestissimum & efficacissi-  
 mum

mum signum est nostræ dilectionis in  
 Deum. Sed tam in hoc quàm in illo, mi-  
 rabiliter Deus suam reuelat bonitatem  
 nisi enim Deus dulcedine suauitatis sua  
 hominem præueniens, eundem viuis  
 charitatis suæ flammis incenderet, nul-  
 latenus per se diuini amoris igne tanto-  
 perè flagrare posset, vt neglecta & despe-  
 cta vita propria, crudelissima ipsius car-  
 sa subeat ac patiatur tormenta; ita, vt  
 quamuis omnes cum antiqui, tum mo-  
 derni, seu nostri temporis Martyres in  
 Angliâ, Galliâ, & Belgio, pro amore Dei  
 & Christianæ veritatis defensione libe-  
 ter ac spontè sanguinem suum perfuso-  
 rint, tamen illa eorum constantia, perse-  
 uerantia, & bonitas certissimum & aper-  
 tissimum est bonitatis Dei argumētum,  
 à quo tantam gratiam consecuti sunt.  
 Quia sicut Sol fons & origo est vniuersi  
 luminis, & sine ipso omnia obscura &  
 tenebrosa sunt, & vbi maximum lumen  
 ibidem & maxima Solis censetur partici-  
 patio: sic etiam Deus summum & infini-  
 tum bonum, fons & principium est totius  
 us bonitatis, ad eò vt nihil præterquam  
 per ipsum bonum esse possit, & vbi cle-  
 rissimi ac splēdidissimi bonitatis radij,  
 ibidem & maxima æternæ bonitatis est  
 participatio. Ideoq; cum in nece Marty-  
 sua

rum maiora huiusce bonitatis & amoris  
appareant ac manifestentur indicia, ne-  
cessariò sequitur maiorem adhuc diuinæ  
bonitatis superesse participationē, Deū-  
que Hæresis, seu diuersarum sectarum oc-  
cassione bonitatē suā maximè reuelare.

Præter vtilitates & commoda iam di-  
cta, quæ Deus ex Hæresi prolata & pro-  
ducta electis suis tribuit, sunt & alia quæ-  
dam, vt nimirum per eandem probetur  
& cōfirmetur fides nostra, excitetur spes,  
incēdatur charitas, & veri amatores Dei  
manifestentur. Nam, vt inquit Aposto-  
lus: *Oportet hæreses esse: vt & qui probati  
sunt, manifesti fiant in vobis.* Quemadmo- I. Cor. 11  
dum enim domus fundatæ supra firmam  
ac viuam petram, aquarum eluiones,  
fluminum inundationes. & tempestates  
maximas sine detrimento aut damno  
aliquo sustinent; contrà autem ædifica-  
tæ super arenam, facillimè à quolibet  
vento quassatæ, & euersæ cataclysmis  
abducuntur: pari ratione animæ in san-  
cto timore & amore Dei fundatæ, cur-  
ctis tentationibus, insidijs, & importunis  
sectarum ac Hæresum iusultationibus  
audactè resistere solent; è contrario  
debiles, infirmæ, seu malè fundatæ,  
à quolibet minimo strepitante ven-  
to penitus euersæ prosternuntur.

Et



Et multum profectò refert probos omnibus innotescere, militesque cum hostibus confertis inter se manibus preliari, quò vel sic animosi, fortes & audaces, a timidis & meticulosis dignoscantur, quippè qui ante pugnam sub eodem vexillo militantes, dignosci non poterant.

## CAPVT VIII.

QUOMODO REGNANTE HÆRESI nos gerere debeamus.

**L**icet Deus adeò clemens, benignus, & misericors, vt tot ac tantas ex Hæresi (quemadmodum præcedenti capitulo declarauimus) producat, & generet vtilitates; nihilominus tamen eandem nos detestari, & veluti pestilentiam fugere, ac deuitare oportet, nã Hæresis per se non solum nihil boni profert, verum etiam miseras animas venenoso ac pestifero halitu suo infectas trucidat: attamen Deus ita bonus & potens est, vt venenum in salubrem theriacam, & mortem conuertat in vitam.

Sed quonam modo, aut qua ratione Hæreses earumque auctores & sectatores fugere ac detestari debeamus, pluri-

mis & admirandis Sanctorum quorun-  
 dam docemur exemplis. atque imprimis  
 ipse Dominus & Saluator noster Iesus  
 Christus mandat ac præcipit, vt, si quis  
 Ecclesiã audire noluerit, sit ipse nobis si-  
 cut Ethnicus & Publicanus. Et D. Paulus  
 ait: *Hæreticum hominem post vnã & se-* *Matth. 18.*  
*cundã correctionem deuisa S.* item, A-  
 postolus & Euang. Ioannes inquit: *Si Tit. 3.*  
*quis veni ad vs, & hanc doctrinã non af-* *Epist. 2.*  
*fert: nolite recipere eum in domũ, nec AVE*  
*ei dixeritis.* Huius discipulus S. Ignatius *Epist. 9.*  
 hortatur & admonet nos, vt illos sedulo *& 3.*  
 deuitemus, qui Catholicæ Ecclesiæ relu-  
 ctantes, doctrinæ & præceptis eius ob-  
 temperare contemnunt, prohibet quoq;  
 & verat, ne cum illis agamus aut conuer-  
 semur, etiam si parentes, fratres, sorores,  
 liberi, aut familiarissimi fuerint amici,  
 quod & ipse ita accuratè obseruauit &  
 adimpleuit, vt eosdem in epistolis suis  
 ne nominare quidem dignatus sit, ne  
 scilicet ipforum nomine eas contamina-  
 ret.

Supradictus Apostolus & Euang. Io-  
 annes, vt refert Eusebius, in balneum la-  
 uandi sui causa ingrediens, cum certior  
 factus esset Cerinthum intus esse, actu-  
 tum ex eo loco resiliit, & se proripuit fo-  
 ras, illudque tectum subire omninò non  
 susti-

sustinuit. Atque ad hunc modum comites suos hortatum ferunt. Fugiamus extemplò, ne balneum, in quo Cernithus veritatis hostis moratur, subito cecidens obruat nos.

*Lis. 3. ca. 3.*

Sanctus Irenæus, SS. Apostolos nunquam cum Hæreticis communicare vel colloqui voluisse testatur. S. Polycarpus discipulus S. Ioannis, Marcioni aliquandò occurrenti & dicenti: *Cognosce nos,* respondit: *Cognosco te primogenitum Satane.*

*Cap. 40.*

Legimus in Prato Spirituali, Religiosum quendam in sepulchro, in quo Hæreticus sepultus fuerat, sepultum, singulis noctibus auditum esse clamantem & dicentem ad Episcopum: Noli me tangere, hæretice; ne appropinques mihi, inimice Sanctæ Dei Catholicæ Ecclesiæ. Quali ira, odio, & indignatione huiusmodi viuum aduersus Hæreticos flagrasse arbitramur, qui tantoperè etiam mortuorum ossibus iungi exhorruit & recusauit?

*Nauic. 2.  
vol. gene.  
17.*

Legimus Trachensis ciuitatis incolam dum ipsis Arrianus ab Honorico Vandalorum Rege, & crudelissimo persecutore præficeretur Episcopus, omnes simul ex Africa in Hispanias confugisse.

Sci-

Scribit Theodoretus pueros quos-  
 dam in foro pilam mutuò contorsisse, ac  
 fortè fortuna dum Lucio Hæretico illac  
 transeunte, ipsa è manibus pueri cuius-  
 dam elapsa, per ipsius asini pedes volue-  
 retur, pueri clamore maximo vocifera-  
 bantur: quippè pilam scelere pollutam  
 existimabant. ingenti igitur igne accen-  
 so, pilam per flammam torquent sicque  
 eam purgatum iri arbitrati sunt. Vnde  
 colligimus quanta tunc temporis sapi-  
 entia & pietate parentes fuerint præditi,  
 qui infantes ita instruxerant: simul etiam  
 quantum referat pueros inducere ad o-  
 dium & de stationem istius, quod sanctæ  
 nostræ Religionis repugnat.

Refert Seuerus Sulpitius, sanctum  
 Martinum quandoque necessitate coa-  
 ctum & ad euitandam maius damnum  
 cum quibusdam Hæreticis Episcopis  
 conuersatum esse, propter quod concidit  
 & contabuit spiritus eius, nec ab ipso  
 tempore tanta miracula perpetravit. qua-  
 re delictum suum profusis vberimè la-  
 chrymis dignè defleuit, & culpā hæreti-  
 cæ conuersationi ascripsit.

Quo certè docemur & nos, fugere & de-  
 uitare Hereticorū consortia, & pro virib.  
 adimplere & p̄ficere ea, ad quæ astricti &  
 obli.

*Lib. 4. c. 4.*

*In vita S.  
 Martini.*

obligati sumus, ad placandam iram, & auertendum diuinæ vltionis flagellum, quod Hæresis ac diuersarum sectarum permissione manifestatur.

In his ergò & similibus casibus recurrentes ad Deum, ipsumque continua, humili, & deuota oratione inuocantes, ac animas pretioso sanguine suo redemptas, seuera, crudeli, & dira Hæresum poena affligat ac puniat, deprecemur: & licet iniquitates & peccata nostra multò maiorem promeruerint vindictam; dignetur tamen ea calamitatibus potius & miserijs corporalibus quàm spiritualibus pœnis castigare, quibus diuina maiestas grauissimè irritata, & offensa, ad iracundiam prouocatur, ac lacessitur. Presentemus ipsi ditissimum & inexplicabilem meritorem pretiosissimi sanguinis vniuenti filij sui thesaurum: offeramus quoque intercessionem SS. Angelorum & beatorum Spirituum, potissimum autem gloriosæ & supremæ cæli Reginae, Virginis, ac Matris nostræ Mariæ, quæ veneratur, colitur, & collaudatur à S. Ecclesia, eò quòd sola cunctas deleuerit & contriuerit Hæreses: offeramus & presentemus ipsi intercessionem egregiorum Ducum, & diuinorum preces operatorum, qui vniuersum terrarum orbem obtine-

inentes. abolita & destructa omni I-  
dololatria, vel sanctam, Catholicam, &  
Apostolicam fidem & religionem no-  
stram plantauerunt, vel pro eadem san-  
guinem suum effuderunt, aut certè cla-  
rissimo, & discernente doctrinæ suæ lu-  
mine eam explicantes, caliginosas Hære-  
ticorum nebulas & errores dissipârunt.

Ad hæc laudes & gratiæ Deo referen-  
dæ sunt, quod nos gentium reliquias ad  
veram fidei & veritatis agnitionem vo-  
care dignatus sit, ita, vt iam in finibus  
nostris (quasi in terra Gessen) videntes  
veri luminis claritatem, & pace, iustitia,  
& tranquillitate vera fruente, veræ re-  
ligionis fructus percipiamus; cum tamē  
innumera penè aliæ Prouinciæ, Regio-  
nes, & Regna densissimis Aegypti tene-  
bris obducta & repleta sint, in quibus, ve-  
ra fide amissa, innumerabilis animarum  
multitudo submergitur, & turbulentis  
diuersarum sectarum, & tempestatum  
fluctibus operitur. ideoque Deus assidue  
rogandus, vt Catholicos Principes & fi-  
deles eorum famulos, incolumes con-  
seruare dignetur, per quorum vigilanti-  
am, potentiam, & zelum tanta gratia,  
tantisque bonis perfrui meremur.

Sed præcipuè & ante omnia oportet  
nos emendare vitam, & procul à nobis  
repel-

*Exod 10.*

*Sap. 18.*

repellere, cum vniuersa vitiorum genera  
 tum ea potissimum, quæ ad sequendam  
 & amplexandam Hæresin nos maxime  
 disponunt. Nam licet omnium Christiani-  
 ni hominis virtutum, Fides principium,  
 radix, & fundamentum sit, & veram  
 Christianus fidem, sine charitate, & reli-  
 quis virtutibus à fide non dependenti-  
 bus habere possit: nihilominus tamen  
 verissima est hæc D. Pauli sententia, vi-  
 delicet, quod *quidam conscientiam bonam  
 repellentes, circa fidem naufragauerunt.* Et  
 illa: *Radix omnium malorum est cupiditas:  
 quam quidam appetentes errauerunt à fide.*  
 Ex quo dilucide satis, indubitanterque  
 colligimus, vitam malam & morum  
 corruptionem, veræ fidei inducere am-  
 fionem, Hæresi que parare & disponere  
 viam: Hinc dissolutos plerunque & de-  
 speratæ salutis homines facillime in hæ-  
 resim delabi, & varios atque diuersos  
 doctrinæ, ad impiæ & sceleratæ vitæ sup-  
 defensionem, quærere & inuestigare ce-  
 rores.

Quapropter si hanc Dei gratiam nobis  
 conseruari expetimus, & in sancta  
 catholica, & orthodoxa fide permanere  
 & ad extremum vsque spiritum, constan-  
 ter perseuerare volumus & desideramus,  
 necessarium erit, vt superfluitates & re-

2. Timot. 1.

2. Timot. 6.

## LIBER SECVNDVS. 287

ram abundantiam præcedentes, voluptatis & carnis delicias eruere, & inordinatos appetitus refrenare sedulo studeamus, ne nos in profundissimâ abominabili & sanguinolentarum Hæresum abyssum deturbet, quemadmodum, pro dolor, multis iam regnis euenisse videmus, quæ in catholica Religione & christiana pietate aliquandò maximè flourunt. Nec tamen hâc subsistendum, sed bonorum etiam operum armis eas oppugnare & debellare conabimur, & in operibus pietatis & virtutis, quibus Hæretici potissimum aduersantur, diligenter nos exercebimus, ut potè sunt, ieiunare, pœnitere, inuocare Sanctos, Sanctorum reliquias & imagines venerari, supremæ cæli Reginae & Deiparæ virgini Mariæ Dominæ nostræ, pio & deuoto affectu feruire. Agnū Dei, aliasq; res sacras & benedictas, reuereri, indulgētiis, dispensationibus, & decreta Pontificū respectare, præterea diligenti distortorum, factorū, & malorum cogitatum inquisitione, exomologesi, & debita satisfactione præmissa, dignè, frequēter sacrâ & salutarē iterare communionē, Apostolicæ sedi, Episcopis, Prælatibus, & sacerdotibus, omnibus denique superioribus cum Ecclesiasticis tū politicis debitam præstare obedientiam.

Duobus



Duobus autem modis falsa & peruersa doctrina conuincitur: aut enim veri & catholica traditione; aut certè vita & cõuersatione sancta, superatur. Prior istis Doctoribus & Ecclesiæ Pastoribus conuenit: posterior verò non Pastor tantum, sed etiam reliquos concernit Christianos. Etenim quotquot Christianos atque Catholicos nos esse profiteamur, falsam Hæreticorum doctrinam bonis nostris operibus euertere, & destruere penitus tenemur, & obligati sumus, faciendo scilicet contraria illis quæ contra Religionem sanctam, & apostolicam traditionem, impudenter docent: quippe modus iste singularis, & ad quamlibet sectarum extirpandam & conterendam, vtilissimus, & maximè necessarius.

Aloysius Lippomannus Veronensis Episcopus hac nostra ætate, plurimorum Sanctorum vitas in lucem edidit. Laurentius Surius Carthusianus similiter multorum Sanctorum res gestas diligentissimè conscriptas, publicauit, vitasque Sanctorum à Lippomanno inchoatum felici opere compleuit, & ad finem perduxit. quorum vterque notabilia Sanctorum dicta & facta huius nostri sæculi hæresibus contraria, ad marginem

iecit: existimabant enim viri isti prudentes, pii, deuoti, & de animarum salute maximè solliciti, Hæresum tenebras nulla ratione vel medio melius abigi, aut dissipari posse, quam si vitas & exempla Sanctorum, tanquam ardentes quasdam faces, ipsis opponamus, eorum, inquam, quos Deus Duces & Magistros nostros constituit. Et certè, vt verum fatear, rem acu tetigère. Nam, præterquam quòd Hæretici Sanctorum exemplis conuincuntur, probantur etiam & confirmantur iisdem omnia, quæ in Catholica Ecclesia vbiq; locorum dispersa docentur, præsertim cum opera & exempla, vt vulgò dicitur, citius, magisque moueât, quam verba; nec ad stabiliendam veritatem firmitus testimonium sit, quàm illius, qui non tantum exemplo suo eam confirmat, verum etiam pro ipsa mori nullatenus recusat. Ita vt homini sincere Christiano atque Catholico nihil magis conueniat, quam vt vita eius fidei & Religioni respondeat, nec Hæresin solum ore detestetur, sed & opera eadem maximè contraria exerceat.

N CAPVT

*CVR QV ANDOQVE DEVS Hæreticos & infideles florere ac prosperari, Catholicos verò contrà affligi permittat.*

**Q**Vando quidem iam longius progressi sumus, subsistamus paululum, & perscrutemur cur Deus infidelibus & hæreticis, iuratis & infensissimis suis hostibus omnia prosperè & profertur iunctate ac voto succedere permittat, tribulatis interim & afflictis Catholicis fideliter sibi famulantibus, quemadmodum iam olim Catholicis Principibus expeditionis, & apparatus militaris, ad recuperandam terram sanctam, facti, successibus & exitum satis miserum & infelicem fortibus, euenisse scimus; vbi & Lodoicum Francorum Regem prima quidem vice ab infidelibus captum, altera verò pestilentia correptum diem suum obiisse accepimus. Præterea & Hussitas Hæreticos, quanquam multis impares essent, sæpissimè de Catholicis triumphasse, intelleximus. Sed quæ antiquas proferimus & commemoramus historias, cum varij & multiplices huius nostri temporis rerum euentus manifestè satis indicent ac declarent qualiter Hæretici interdum vano triumpho

pho sese extollentes, glorientur, non sine maximo Christianorum dolore & afflictione, & ingenti totius Christianitatis terrore, & admiratione.

Quamobrem cum successus & casus isti non fortuito aut inopinatè, sed diuina permissione eueniant, cur Deus ita euenire permittit? cur lamenta, ploratus, & gemitus seruorum suorum non exaudit? cur bonis non succurrit, & fauet malis? cur desolatis iustis impiorum partes tuetur, & defendit? cur denique familiares persequitur amicos, & inimicos suos recreat, prosperum & felicem eis tribuens progressum? Et quæ obsecro, causa est, quod ab annis circiter septuaginta, ab eo scilicet tempore, quo diabolica, & execranda Martini Lutheri heresis ab inferis suscitata, pacem & tranquillitatem Ecclesiæ perturbare, & destruere cœpit, non in omnibus prælijs, in Gallia, Germania, Flandria, alijsque locis, Religionis causa, commissis, Catholici, attriti & profligati hæreticis semper victores de cæsis ac superatis hostibus triumphârunt, sed interdum fuerint inferiores; cum tamen causam propugnârunt longè iustissimam? cumque verbum illud iam aliquoties repetiturum veritati maximè consentaneum sit,

N 2 vide-

videlicet Deum nihil in mundo mali tollerare aut permittere, nisi melius quædam inde præuideat processurum, dicam mihi quispiam, quibus bonis inestimabilia damna & commoda, quæ, pro dolor, hucusque experti, & adhuc indies experimur, compensari possunt?

Hanc communem omnium doctorum, prudentium, & piorum hominum quæstionem, nullus præterquam solus Deus soluere & enodare potest, quia ipsi soli secreta sua iudicia cognoscunt, nec finem, intentionem, & scopum operum suorum, aut quibus ad eum modis perueniendum sit, ignorat; ita ut omnino illa ad nos non pertineant, sed magis deceat, ut illum venerantes, nos inflexibilis eius misericordiæ & protectionis alis subiiciamus: Hoc quamuis ita se habeat, nihilominus tamen aliquantulum curiosè discurrentes, de secretis Dei iudicij, quantum pro ingenij nostri tenuitate intelligere poterimus, loquemur. Ante omnia ergo hæc illud præsupponendum est, quod in priori huius tractatus nostri libello declarauimus, videlicet Deum Authorem, & primam ac principalem esse causam omnis mali (quod vocamus) pœne, quam patimur, nec sine sancta ipsius voluntate, vel passivitate

num  
quod  
uent  
conti  
esse il  
Catho  
fanc  
perè g  
que fe  
sunt, c  
inter  
quin  
rent, J  
tur.

Ph  
uerso  
his na  
bus: A  
fapier  
tæ ta  
li rer  
Atqu  
de ita  
& co  
ueni  
ordin  
accio  
tus, v  
aria  
mun

num irretiri posse. Præsupponendum quoque, casus & infelices istos rerum euentus, hoc nostro calamitoso tempore, contingentes, nequaquam contrarios esse illis, quos iam septuaginta annis Catholica Ecclesia ab Hæreticis perpessam: nec est quod de illis Hæretici magno perè gloriantur, quando quidem hucusque fermè à Catholicis cæsi & profligati sunt, quoties infestis signis concurrentes inter se manus conseruere, nec dubium quin & modò deuicti sæpenumerò cederent, si prælia iusto ordine committerentur.

Philosophi & Sophistæ ineptiores diuersos rerum euentus, & varietates, causis naturalibus: Historiographi moralibus: Astrologi stellis: Theologi vero & sapientiores Christiani, diuinæ providentiæ tanquam fonti, & primo ac principali rerum omnium principio ascribunt. Atque hæc Dei providentia solet subinde ita casus & successus illos disponere, & consilia sua, & circumstantias interuenientes cum tanta suauitate, & gratia ordinare, vt fortuito, & ex improviso accidisse videantur; & infelix belli euentus, vel Præfectorum negligentia, & incuria, vel militum inobedientia, vel munitionum & victualium defectui, aut

certè alteri cuidam qualicumque hosti-  
um commoditati, v. g. si pugnae locus,  
Sol aut ventus, aut aliud simile ipsis fa-  
uerit, eidem potius quàm voluntati  
beneplacito Dei ascribatur; cum tamen  
reuera principalis causa diuina fuerit  
voluntas, quæ certis quibusdam remedi-  
js vsa est, ad illud maiori cum iucunditate  
operandum; ita, vt, qui exteriora tantum  
intuentur, iidem res ipsas externas,  
& corporalibus oculis subiectas, causetur:  
qui verò clariori & acriori visu pol-  
lent, ipsi diuinam Omnipotentis disposi-  
tionem, in similibus casibus relucentem,  
contemplantur.

3. Reg. 11.

Hæc duobus sacræ scripturæ testimo-  
nijs & exemplis (quorum alterum pacis,  
alterum belli tempore contigit) illustre-  
ta, melius patebunt. *Fecit Salomon, ait  
scriptura, quod non placuerat coram Do-  
mino, & non adimpleuit vt sequeretur Do-  
minum, sicut David pater eius, adificauit  
phanum Chamos Idolo Moab, atque in hunc  
modum fecit vniuersis vxaribus suis alieni-  
genis, quæ adolebant thura & immolabant  
dijs suis. Igitur iratus Dominus Salomoni  
dixit: De manu filij tui Roboam scindam  
regnum tuum, nec totum regnum auferam,  
sed tribum vnã dabo filio tuo propter Da-  
uid seruum meum.*

Et licet Deus hæc ita apud semetipsum constituerit, tamen iucunda quadam suauitate, & artificiosa subtilitate illa aggressus, ordinauit, vt Roboam, derelicto consilio seniorum, quod dederant ei, venimurum populo obediret, & petitioni eorum cederet, sequeretur adulescentes, qui consuluerant ipsi, vt dura populo responderet, & aggrauaret iugum eius. Quamobrem exacerbatus populus rebellauit contra Roboam, & congregato coetu constituerunt Regem Ieroboam, qui regnauit super decem tribus, iuxta verbum Domini, quod factum est ad ipsum per Ahiam Prophetam. Cumque Roboam, sicut ait scriptum, congregasset vniversam domum Iuda, & tribum Benjamin, centum octoginta milia electorum virorum, & bellatorum, vt pugnarent contra domum Israël, & reducerent regnum Roboam filio Salomonis, factus est sermo Domini ad Semeiam virum Dei, dicens, Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Iuda, & ad omnem domum Iuda, & Benjamin, & reliquos de populo dicens. Hæc dicit Dominus, Non ascenderis, neque bellabis contra fratres vestros filios Israël: reuertatur vir in domum suam, à me enim factum est verbum hoc.

Sed posito, fuisse hanc Dei voluntatē,

N 4 & ra-

3. Reg. c. 12.



& taliter illam Salomoni & Roboam reuelatam; nihilominus tamen sic eam exequi curauit, vt nescientes Deum ita voluisse, haud aliud putauerint, quam consilia iuuenum, quae elegerat Roboam, inobedientiam & tumultus populi cause esse, cum tamen ipsa solummodo media fuerint, quibus diuina voluntas maiorem cum iucunditate & gratia exequeretur, quia sicut sacrae attestantur literae; noluit Roboam acquiescere populo, eo quod auersatus esset eum Dominus, vt susciperet verbum suum, & diuideret regnum Salomonis.

3. Reg. 12.

Achab Rex Israël, spreto Michae concilio, ad bellum profectus est, & ecce *Vir quidam tetendit arcum, in incertum seculum dirigens, & casu percussit Regem Israël, inter pulmonem & stomachum.* Quamuis interitus iste Achab fortuitus & inopinatus videatur; nihilominus tamen Michae Propheta à Domino instructus quod in praelio isto moriturus esset, eum praedixerat. Ex his aliisque innumeris, quae recensere possem, & Scripturae exemplis, perspicue intelligimus, similes casus videri quidem fortuitos: reuera tamen non fortuitos, sed certos diuinae voluntatis esse effectus, quae sic omnia disponit & ordinat, vt per se ita fieri, aut facta

3. Reg. 22.

facta esse putentur. nos autem qui voluntatem Domini ignoramus, taliter opera nostra instituere & disponere tenemur, vt nec boni quippiam amittatur, nec mali quicquam per incuriam & negligentiam nostram eueniat.

Præsupposito hoc fundamento, dico plurimas quidem ob causas Deum fideles omnes sibi strenuè famulantes, calamitatibus & aduersis negotiorum successibus punire & affligere, præcipuam tamen & causarum omnium certissimam esse peccatum, quod talè meretur vindicta. Legimus in libro Iudicũ, incolas ciuitatis Gabaa ( qui erant ex tribu Beniamin) grande nefas & ingens piaculum perpetrasse: quod cum reliquæ tribus Israël vleisci ac vindicare vellent, congregauerunt quadraginta millia virorum educentium gladios, & paratorum ad pugnam, consulueruntque Dominũ, & dixerunt: Procedemus ad dimicandũ contra filios Beniamin fratres nostros, an non? & quis erit in exercitu nostro princeps certaminis? Quibus respondit Dominus. Ascendite ad eos & inite certamen, quia noluerunt audire mandatũ fratrum suorum, & tradere homines de Gabaa, qui hoc flagitiũ perpetrarant, vt morerentur & auferretur malum de

Cap. 20.

N y Israël

Israël: sed ex cunctis urbibus quæ fortis  
 suæ erant, conuenerunt viginti quinque  
 millia educentium gladium in Gabaa, ut  
 illis ferrent auxilium, & contra quadringenta  
 millia bellatorum fortium dimicarent,  
 & ne de Principis electione sollicitis,  
 sit Iudas Dux vester. Procedentes  
 autem ad pugnam, filij Benjamin occi-  
 derunt de filijs Israël die illo viginti duo  
 millia virorum. Tunc ascendentes filij  
 Israël prostrauerunt se coram Domino  
 flentes & orantes vsque ad noctem, con-  
 sulueruntque eum, & dixerunt: Procede-  
 musne ultra ad dimicandum contra fili-  
 os Benjamin, an non? quibus ille respon-  
 dit. Ascendite ad eos & inite certamen  
 eumque; altera die ad prælium processisset,  
 eruperunt filij Benjamin de portis Gabaa:  
 & occurrentes eis, tanta in illos cede  
 bacchati sunt, vt decem & octo millia  
 virorum prosternerent. Quamobrem om-  
 nes filij Israël venerunt in domum Dei  
 & sedentes flebant coram Domino: ieu-  
 naueruntque die illo vsque ad vesperam, &  
 obtulerunt ei holocausta, atque pacificas  
 victimas, & consulentes ac deprecantes  
 cum dixerunt: Exire ultra debemus ad pu-  
 gnam contra filios Benjamin fratres no-  
 stros, an quiescere? Quib. ait Dominus,  
 Ascendite, cras .n. tradam eos in manus  
 vestras.

vestras. Percussiq; eos Dominos in con-  
 spectu filiorū Israel, & interfecerūt ex eis  
 in illo die viginti quinque millia, & centū  
 viros, oēs bellatores & pugnatores, ad  
 bella prōptissimos, ipsamq; Gabaa & cū-  
 ctas vrbes & viculos Benjamin vorax flā-  
 ma cōsumpsit. Mirum profectō & supra  
 modum mirum videtur, quōd cū Isra-  
 ēlite iustissimam, & commendatā à Deo  
 causam habuerint, nec non & ab omni  
 prorsus culpa, vt apparet, immunes, desi-  
 gnati, & diuinitus sibi prefixi Ducis iustia  
 & imperia diligētissimē executi fuerint,  
 duab. tamē vicibus à nocentissimis Ben-  
 iamin filijs miserrimē cæsi sint, qui ex  
 mādato Dei transgressores punire debe-  
 bāt. Nonnulli Doctorum hanc calamita-  
 tis & plagæ istius causam fuisse arbitran-  
 tur, quōd nimirum quiddam ex tribu Dan  
 Idolū Michæ sublatum, publicē adora-  
 uerint. Et licet facinus illud vniuerso  
 Israëlī cognitū esset, tamen nec illatam  
 Deo iniuriā vindicantes, nec idolū, aut  
 Deos alienos, quod meritō facere debu-  
 issent, auferentes, transgressionē fratrum  
 facinorū castigare conabantur, quæ etsi  
 grandis & enormis esset, facinus tamen  
 & piaculum illud multō grauius erat  
 quod dissimulando & conuiuendo to-  
 lerabant.

Li. 14. mor.  
cap. 5.

Iean. 8.

Idcoque sic S. inquit Gregorius: Populum qui iuxta diuinæ vocis imperium perrexit, & semel, & secundo perdidit, & tunc demum peccatricem tribum penitus funditus extinxit. Quid est quod in vltionem sceleris inflammatur, & tamen prius ipse prosternitur, nisi quod prius ipsi purgandi sunt, per quos aliorum culpa feriuntur: vt ipsi iam mundi per vltionem veniant, qui aliorum vitia corrigere festinant: Hinc est enim, quod infidiantibus quibusdam, & puniendam ad ulteram deducentibus dicitur: *Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.* Ad aliena quippe punienda peccata ibant, & sua reliquerant. Reuocantur itaque intus ad cōscientiam, vt prius propria corrigant, & tunc aliena reprehendant. Hæc ipsa D. Gregorij verba sunt, quibus omnes militiæ operam dantes, & iusto aliquo bello occupati instruntur & adhortantur, vt seipos prius diligenter examinent, & cōscientiam suam sedulo perscrutentur, & videant vtrum ipsi etiam alicuius criminis sibi cōscij sint, propter quod hostili gladio ferimereantur.

Quapropter Deus vndecim tribus Israel affligere prius voluit, vt ab omnibus purgati & mundati sceleribus, acrius de

inde-

inde fratres suos punirent. Omnes simul offenderant, & poenam, atque haud parvam promeruerant vindictam. Cum ergo Deus illos punire disponderet, ordinavit ut utriusque contra se mutuò diuinam exequentes iustitiam, illatam Deo iniuriam vlciscerentur. Ex quibus colligere licet, ad obtinendam belli victoriam, nõ sufficere quòd iustam habentes causam, consultato Deo id ipsum intentione bona susceperimus, si grauibus interim peccatis obnoxijà gratia Dei exclusi simus. Etenim permittit aliquandò Deus, ut is, cuius causa iniqua est, victoriã potiatur, & tanquam diuinæ iustitiæ minister, & iniuriæ vindex, aliorum equiorem causam habentium delicta castiget, quòd vel sic per poenam & afflictionem istam à peccatis omnibus mūdatis, maiori opportunitate, & meliori ratione hostes, à quibus iam pridem cæsi & profligati erant, debellare & conterere penitus possint.

Idem omninò intelligitur de aduersitatibus & infortunatis rerum successibus, quos Deus Ecclesie suæ immittere solet, quibus iniquitates fidelium prius castigat & punit, ut ab iisdem purgati & absoluti æquissimi sint diuinæ iustitiæ executores, & flagellum abominationis fidelium.

QV ALIA PECCATA DE V  
*aduersitatibus & successionebus minus pro  
 missis punit, & tunc illa per alios pec  
 catores maioribus delictis obno  
 xios castiget.*

**F**ortassis me quispiam interrogat, quæ  
 & qualia crimina Deus infortunatis  
 euentibus castigare solet, nam cum po  
 nitio ista publica sit, & ad plures sele  
 tendat, videntur quoque publica & com  
 munia illa fore peccata? Ad hæc respon  
 deo, diuersis temporibus, in diuersis na  
 tionibus, diuersa regnare vitia, quibus  
 corrumpatur & inuertatur Reip. status,  
 utpotè incontinentia, auaritia, & super  
 bia, quæ fontes sunt omnis mali.  
 Sed vt accuratius respondendo satis  
 faciam huic quæstioni, breuiter ea recõ  
 sebo, quorum in simili proposito memi  
 nit Saluianus. Cum Gothi, Vandali, Hün  
 ni, Dani, aliæque barbaræ & exteræ na  
 tiones congregatæ, Italiam, Galliam, His  
 spaniam, Africam, aliasque Romanimpe  
 rij prouincias deuastarent, haud satis  
 crudelem & diram istam Dei vindictam  
 vniuersus orbis admirabatur: Saluianus  
 autem eo tempore Massiliensis Episcopus

T. I  
LIBER SECVNDVS. 303

vir pietate & doctrina clarus, octo libros,  
De vero iudicio & Providentia Dei inscri-  
ptos edidit, in quibus æquissimæ diuinæ  
ultionis causas indicat, ad quas iustificā-  
das enumerat scelera & delicta infelici  
suo sæculo regnātia, propter quæ Deus a-  
deò seuerè mundū flagellārit: cūq; ad lō-  
gū recessisset cōtempū & neglectū po-  
puli erga Deū, segnitie & tarditatē Eccle-  
siasticorū, deprædationes, exactiones, &  
tyrannidē Principū, insolentiā Nobiliū,  
fraudes, fallacias, & mēdacia Mercatorū,  
dissolutionē & fastū Aulicorū, auaritiā  
& insatiabilem cupiditatē diuitū, calūni-  
as & altercationes Procuratorū, excori-  
ationes & oppressiones superiorū in offi-  
cio constitutorū, crudelitātē militū, de-  
niq; impiam, sceleratam, & corruptam  
Christianorū vitā, Ethnicis magis & infi-  
delibus, quā Christianis congruētē, tan-  
dē cōcludens, præcipuas ac principales i-  
stius poenæ & afflictionis diuinæ causas  
ait luxuriā, impudicitiā, libidinē, & inho-  
nestatē Nobiliū personarū, iniquā offici-  
orū collationē, & distributionē, dissimi-  
lē alleuiationem & relegationē onerum  
hominib. calamitate & egestate oppres-  
sis impositorū, eò q; exoneratis & exēptis  
diuitib. infirmi ac debiles potētiū sarcinis  
opprimerētur, & qui primi in decernēdis

& cōs.



& constituendis contributionibus con-  
 fenserant, iidem à solutione profum-  
 munes ac liberi forent; ita vt liberales  
 alienis; præparci autem de bonis pro-  
 prijs essent. Adiungit præterea exiguum  
 virtutis & Religionis respectum iniuria  
 horrendas incessanter Deo, abrenunci-  
 do, iurando, peierando, blasphemando,  
 & maledicendo, illatas; nefarium diuini  
 nominis abusum, non ad confirmandam  
 & stabiliendam veritatem; sed ad col-  
 randum, velandum, & corroborandum  
 mendacium, & falsam proximi accu-  
 sationem & perditionem. Inuidiam que-  
 que & livorem de alterius prosperitate,  
 denique insignem & multiplicem Anti-  
 graphorum & Receptorum malitiam,  
 qui subditos depauperantes, & sub um-  
 bra exactiois reddituum Imperialium,  
 pupillarum & viduarum sanguinem pe-  
 nitus exugentes, sine alicuius prohibi-  
 tione, oppositione, ac resistentia ciuitatis  
 integras destruebant: silebant Sacerdo-  
 tes, obmutescabant Concionatores, nec  
 veritatem omnibus odiosam & vbiq[ue]  
 locorum proscrip[ta]m proferre aut defe-  
 dere audebant. ad extremum etiam Co-  
 mœdiarum & inanium representatio-  
 num leuitatem, quæ tunc temporis ma-  
 ximè vigeat, in summam perniciem &

inte

interi  
 similib  
 minis  
 ploran  
 confere  
 Cau  
 sanctis  
 as ac p  
 quas D  
 bārit,  
 immis  
 dos or  
 circò b  
 cuit, v  
 calam  
 finus  
 dem se  
 nemus  
 Qu  
 rer, eu  
 cata &  
 ra, & a  
 & infi  
 patien  
 rō con  
 rem ip  
 Proph  
 minu  
 dat in  
 deliur

interitum Reip. Christianæ. His alijsque  
similibus lamentationibus, sextum volu-  
minis sui librum repleuit, quod ad de-  
plorandas hæc calamitates & miserias  
conseripserat.

Causas iamiam enumeratas, Vir iste  
sanctissimus & eloquentissimus præcipu-  
as ac principales fuisse asserit, propter  
quas Deus Romanum Imperium pertur-  
bavit, & ingētes ipsi Barbarorum copias  
immiserit, ad affligendos & conteren-  
dos omnes inhabitantes terram, quas id-  
circo hic commemorare & proferre pla-  
cuit, ut si fortè quarundam illarum hoc  
calamitosissimo tempore nobis conscij-  
simus (sicut proh dolor timendum) eas-  
dem sedulo corrigere & deponere festi-  
nemus.

Quod si à curioso vltèrius interroga-  
ret, cum hæreticorum & infidelium pec-  
cata & numero plura, & grauitate maio-  
ra, & abominabiliora sint Catholicorū  
& infidelium delictis, cur tamen Deus  
patienter illa tolerat; Catholicorum ve-  
rò contra scuerissimè castigat; responde-  
rem ipsi, quod idem omninò Abacuc  
Propheta admiretur, & interroget Do-  
minum, cur scilicet populum suum tra-  
dat in manus inimicorum suorum infi-  
delium, & idolis seruientium, dicens:

*quare*

## Cap. I.

Quare respicis contemptores, & taces, conculcante impio iustiores se? Eadem plane est Saluiani quaestio; quam nimirum de causam Deus Christianos à Gothis, Vandalis, alijsque Barbaris, Hæreticis & infidelibus gentibus debellari, captiuos adduci, & tanquam mancipia torqueri & malè tractari voluerit, qui etsi peccatores essent, sine comparatione tamen meliores erant omnibus Barbaris à quibus tantoperè affligebantur. Respondens autem sibi ipsi, ait, bonum quidem illud & fidei lumen quo hæreticis & infidelibus præstat Christianus, non esse ipsius, sed Dei, obligari tamen illum eadem fide, & virtuti perpetuò insistens, vitam fidei & religioni conformem transigat, quo & operibus ipsis ab Ethnicis & Paganis discernatur; & nisi fecerit, gravissimam promereri vindictam. Neque enim mirum est, operarium parcè & temperatè, & operarium decet, viuere; at si Nobilis quispiam aut Regis filius instar operarii frugaliter viuat, id ipsum sanè mirum & Regiæ Maiestati contrarium censetur.

Adhæc dico, Deū nos filiorum, hæreticos autem mancipiorum more tractare. Nam multa Dominus dissimulat & permittit mancipijs, quæ nullatenus in filio

filio suo dissimularet, non alia de causa, quàm quia iste filius, alter verò emptiti-  
us seruus est. Hinc Seneca inquit: Cum vi-  
deris bonos viros acceptosque Dijs labo-  
rare, sudare, per arduum ascendere, ma-  
los autem lasciuire, & voluptatibus af-  
fluere: cogita filiorum nos modestia de-  
lectari, vernularum licentia: illos disci-  
plina tristiori coërceri & contineri, ho-  
rum ali audaciam. Idem tibi de Deo li-  
queat. Bonum virum in delitijs non ha-  
bet: experitur, indurat, sibi illū preparat.

Dum paterfamilias fidelis & domesti-  
cis curis sedulò intentus, & filiorum sa-  
luti studiosus foeminam quandam disso-  
lutam leuitatis actus exercere videt, non  
magnoperè miratur, quia vanitati & li-  
bidini deditam nouit: si autem vxorem  
vel filiam suam honestatis fines seu ter-  
minos, vel in minimo transgredi ani-  
maduertat, continuò illam reprehendit,  
ac corripit; amor enim & cura quam eius  
causa gerit, vrget ipsum notare & corri-  
gere vitia eius, quantumuis minima. Pari-  
ratione nobiscum agit Deus, quia filios  
nos reputat, dum iniquitates nostras ca-  
stigmat, & hæreticorū peccata dissimulat,  
vsque dum illos æternis supplicijs tradat  
excruciandos.

In lib. Machabæorū secūdo legim⁹ terri-  
bilem

*Lib. de pro-  
uid. ca. 1.*

bilem, quandam Iudæorum persecuti-  
 nem sub Antiocho impiissimo Tyran-  
 no factam, & templum Hierosolymita-  
 num, quod elegerat Deus, & nomen  
 sanctificarat, direptum ac deuastatum  
 esse: vbi cum Author enarrasset, quomodo  
 Tyrannus iste crudelissimus sanguis  
 effudisset, qualiterque nullo Virorum  
 aut Fœminarum, Iuuenum vel Senio-  
 ruptarum vel innuptarum, virginum aut  
 paruulorum habito respectu, omnes  
 cidari iussisset & immania atque horren-  
 da scelera perpetrasset, metuens ne infir-  
 morum & debiliū animi scandaliza-  
 rentur, si quando legerent truculentissi-  
 mam hunc bestiam tantam in electum  
 Dei populum tyrannidem exercuisse, ad  
 consolationem & solatium eorum, se-  
 quētia verba notatu dignissima adiunxit.  
*Obsecro autem eos, qui hunc librum lecturi  
 sunt, ne abhorrescant propter aduersos casus  
 sed reputent ea, qua acciderunt, non ad im-  
 ritum, sed ad correctionem esse generis hu-  
 stri. Etenim multo tempore non sinere pecca-  
 toribus ex sententia agere, sed statim viti-  
 nes adhibere magni beneficij est indicium.  
 Non enim sicut in alijs nationibus Dominus  
 patienter expectat, vt eas cum iudicij die  
 aduenerit, in plenitudine peccatorum puni-  
 ōra & in nobis statuit, vt peccatis nostris  
 fuerit*

*Li. 2. Mach.  
 cap. 6.*

finem deuolutis, ita demum in nos vindicet.  
 Propter quod nunquam quidem à nobis mi-  
 sericordiam suam amouet: corripiens uerò  
 in aduersis populum suum non derelinquit.

Verba hæc apertè declarant correpti-  
 onis flagellum in domo iusti, secretam  
 & incognitam esse Dei misericordiam: è  
 cōtrario, prosperitatem in domo impij,  
 dissimulatam & absconditam esse Dei  
 iram. Vnde sanctus inquit Gregorius:  
 Quia uerò scriptum est: *Quem diligit Do-*  
*minus, castigat: flagellat autem filium quem*  
*recepit, sæpè sancta Ecclesia,* multis in  
 hac uita aduersitatibus laborat, & repro-  
 borum uita tãtò sine flagello dimittitur,  
 quantò ad nulla præmia seruatur. Sed  
 afflictiones S. Ecclesiæ heretici uidentes,  
 eam despiciunt, ac tot illam flagellis at-  
 teri, ex prauæ professionis merito suspi-  
 cantur.

Recensetur & aliud in eodem libro  
 exemplum, mirabiliter sanctam hanc  
 confirmans doctrinam. Occisis namque  
 & gloriosè pro diuinæ legis defensione  
 interfectis sex Fratribus, septimus ado-  
 lescentior reliquis conuersus ad Regem  
 constanti & intrepido animo eum allo-  
 cutus est, dicens: *Nos pro peccatis nostris*  
*hec patimur. Et si nobis propter increpationē,*  
*correctionem Dominus Deus noster mo-*

*Lib. 2. Mor.*  
*cap. 15.*  
*Hebr. 12.*

*Li. 2. Mach.*  
*cap. 7.*

*dicimus*

910 DE TRIBVLAT.

dicim iratus est: sed iterum reconciliabitur  
seruis suis. Tu autem, o scelesse & omnium  
hominum flagitiosissime, noli frustra ex  
vanis spebus in seruos eius inflammas. In  
dum enim Omnipotentis Dei & omnia in  
cientis iudicium effugisti. Nam fratres me  
modico nunc dolore sustentato, sub te flammis  
eternae vitae affecti sunt: tu vero iudicio Dei  
iustas superbiae tuae poenas exolues. Ego enim  
cut & fratres animam & corpus meum  
do pro patrijs legibus: inuocans Deum ma  
rius genti nostrae propitium fieri, te que  
tormentis & verberibus confiteri quod  
est Deus solus. In me vero & in fratres  
meis desinet Omnipotentis ira, que  
omne genus nostrorum iuste superdulta est.

CAPVT XI.

DE ALIIS QUIBUSDAM CAU  
sis propter quas Deus Catholicos & Fi  
deles punire solet.

**E**ST & alia quedam haud contemnis  
da supradictarum poenarum & affli  
ctionis Catholicorum causa, fundata in  
historia de vndecim Israeliticis tribubus  
contra Beniamitas pugnantibus, iam pri  
dem recensita: nam legimus Israelitas  
fortitudine, & numero confidentes, ce  
tam de Beniamitis sperasse victoriam. Ve  
rum quia Deus zelotes, fortis, & strenuus  
homo

honoris sui defensor & triūphator cense-  
ri vult, idcirco potentioribus quandoq;  
palmam subtrahit, ne scilicet superbien-  
tes proprio Marte, non Dei auxilio se vi-  
ctoriā potitos dicant.

Præclarum huiusce rei in Gedcone ha-  
bemus exemplum. Cum enim ipse pu-  
gnaturus contra Madianitas collegisset  
triginta duo millia militum, præcepit ei  
Dominus, ne vltra trecetos viros sibi re-  
seruaret, dicens: *Multus tecum est populus,*  
*nec tradetur Madian in manus eius: ne glori-*  
*etur contra me Israël, & dicat, Meis viribus*  
*liberatus sum.* Eandem ob causam aiebat

Iudic. 7.

Dauid ad Goliath: *Tu venis ad me cum gla-*  
*dio, & hasta & chypeo: ego autē venio ad te*  
*in nomine Domini exercituum, Dei agminū*  
*Israël, quibus exprobrasti hodie, & dabit te*  
*Dominus in manu mea, & percussiam te, &*  
*auferam caput tuum à te: vt sciat omnis ter-*  
*ra quia non in gladio, nec in hasta saluat Do-*  
*minus: ipse enim est bellum.* Rex Asa quo-  
que cū ingēti & innumerabili Zaræ Ac-  
thiopis exercitu cōgressurus, inuocavit  
Dominū Deū & ait, *Domine non est apud te*  
*ulla distantia, utrū in paucis auilieris, an in*  
*pluribus: adiuua nos Domine Deus noster:*  
*in te enim, & in tuo nomine habētes fiducia,*  
*venimus contra hanc multitudinem. Domi-*  
*ne, Deus noster tu es, non praeualeat contra*  
*te homo.*

1. Reg. 17.

2. Paral. 14.

Et hoc



Et hoc modo preualuit aduersus multitudinem istam infinitam.

1. Reg. 19.

Rex item Ezechias à Sennacharib Assyriorum Regis copijs circumdatus, & urbe Hierosolymitana obsessus corripuit se ad Dominum & exclamauit: *Nunc Domine Deus noster, saluos nos fac de manu eius, ut sciant omnia regna terra, quod tu es Dominus Deus solus.*

Factum est igitur in nocte illa, venit Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia.

2. Mach. 3.

Iudas Machabæus Dux ille fortissimus, & inuictissimus Heros exercituum formidanti & dicenti: *Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitudinem tantam, & tam fortem, & nos fatigati sumus huius iunio hodie?* respondit, *Facile est concludi multos in manu paucorum: & non est difficultas in conspectu Dei celi liberare in multis & in paucis: quoniam non in multitudine exercitus victoria belli, sed de celo fortitudo est.*

Judith. 9.

Cum Iudith Holoferni Assyriorum Principi caput amputare decreuisset, amauit & corroborauit se primò oratione, petijtque à Domino animi constantiam, ut contemneret illum, & virtutem ut euerteret illum, dicens: *Erit enim hoc memoriale nominis tui, cum manus famulae*

deiecerit illum, &c. & omnes gentes agnos-  
cans quia tu es Deus, & non est alius pre-  
ter te.

Ex his & innumeris penè alijs S. Scri-  
pturæ locis manifestè intelligimus De-  
um solum exercituum Dominum, con-  
cedere & largiri victoriam cui vult, quò  
eam non de nostra, sed de ipsius manu  
procedere cognoscamus, quæ nunquam  
facilius & citius obtinetur, quàm dum  
relictis & spretis viribus nostris, diuinæ  
tantum potentix & misericordix confi-  
dimus.

Porro vt hæc melius intelligantur, per-  
turbat aliquandò Deus consilia, & eludit  
potentiam hominum, ita vt exercitus in-  
gens à paucissimis cædatur & proflige- *Genes. 14.*  
tur. Nunquid Abraham cum trecentis  
vernaculis suis irruit super quatuor po- *1. Reg. 14.*  
tentissimos Reges, percussitque eos &  
persecutus est? an non Ionathas cum ar- *3. Reg. 20.*  
migero suo Philistinorum castra con-  
turbauit, & cæcidit ex eis viginti quasi  
viros? nunquid pueri seu pedissequi Prin-  
cipum prouinciarum percusserunt innu-  
merabiles copias Benadab Regis Syriæ, *Judic. 15.*  
& triginta duorum Regum auxiliarium?  
nonne Samson in mandibula asini inter-  
fecit mille viros? an non Dauid in funda *1. Reg. 17.*  
& lapide præualuit aduersum Goliath  
O Philii-

Philistæum? an non etiam Sifara potens-  
tissimus cum nongentis armatis cum-  
bus à foemina deuictus est & occisus? Re-  
uera dum exercitus potens, superbia  
arrogantia inflammatus tumet, proprio-  
que viribus confidens, hostem suum co-  
temnit, solet nonnunquam Deus eun-  
dem confusum & conculcatum delere:  
vult enim ipse vt sibi soli omnis honor  
& gloria tribuatur, & nos homines fra-  
gilitatem & infirmitatem humanam ag-  
noscentes, certò sciamus non nostram  
sed ipsius esse victoriam.

Consistit etiam aliquandò culpa nota  
tam in præsumptione & arrogantia,  
quàm in intentione, qua bellum suscipi-  
tur, dum nimirum non tantum in malum  
finem, & ad iram Dei prouocandam sus-  
cipitur; verum etiam cum propria magis  
quàm iniuria Deo illata attenditur. Nam  
sæpè in eodem bello duæ iustæ causæ in-  
currunt: prima scilicet Dei, quando mi-  
rum contra Hæreticos & infideles: al-  
tera nostra, dum ab hostibus lacesit, nec  
aliter vlcisci & vindicare iniuriam, nec  
securius dignitatem, & reputationem  
nostram tueri possumus. Concurrenti-  
bus autem duabus hisce causis, primò  
principalis ista respicienda est, quæ con-  
ducit ad Dei honorem & gloriam, fidei-  
que

que ch  
tionem  
deinde  
concer  
querela  
tatione  
riam ce  
trarium  
palis,  
ptumf  
contin  
Deo pr  
cessum  
amitti,  
gressi s  
minus  
est, resp  
tura p  
propriu  
rem &  
Cum  
neus lu  
bathi d  
Macha  
valde b  
Deo co  
affutur  
scripru  
vritus d  
sancta  
que

LIBER SECVNDVS. 315

que christianæ defensionem & propaga-  
tionem, & S. nominis sui exaltationem.  
deinde attendenda est & illa, quæ nos  
concernit, quia illorum solummodo  
querelam sustinet Deus, qui omnes cogi-  
tationes suas ad ipsius honorem & glo-  
riam cōuertunt ac dirigunt. Quod si cō-  
trarium euenerit, & accessorium princi-  
palis, & principale accessorij loco sum-  
ptum fuerit (sicut proh dolor frequenter  
contingit) mirum non est permittente  
Deo prælia minus prosperum habere suc-  
cessum, & expeditionis susceptæ fructus  
amitti, non quia intentione mala ista ag-  
gressi sunt; sed quia maiorem illius quod  
minus, & minorem istius quod maius  
est, respectum habuerunt, adeò vt Crea-  
tura plus attenderit ad particulare &  
proprium commodum, quàm ad hono-  
rem & gloriam sui Creatoris.

Cum Nicanor Demetrii Regis Capita *Lib. 2. Ma.*  
neus Iudeos cum omni impetu die sab- *cha. cap. 15.*  
bathi debellare cogitasset, Iudæi à Iuda  
Machabæo cōfortati, & sermonibus eius  
valde bonis admoniti, vt omnipotenti  
Deo consideret, & ab ipso victoriam sibi  
affuturam sperarent, *Statuerunt*, sicut dicitur  
scriptura, *dimicare & cōstigare fortiter: vt*  
*virtus de negotijs indicaret, eò quod ciuitas*  
*sancta, & templum periclitarentur.*

O 2 erat

erat enim pro vxoribus & filijs, itemque  
 Fratribus & Cognatis minor sollicitudo  
 ximus verò & primus pro sanctitate  
 erat templi. Cum ergò zelus honoris  
 primaria bellandi causa, & principa  
 pugnandi stimulus esset, manu quidem  
 gnantes, sed Dominum cordibus orantes  
 frauerunt non minus triginta quinque  
 lia, presentia Dei magnificè delectati.

Philo Iudæus grauis & facundus, scripsit  
 psit librum de Legatione ad Caium Ce  
 ligulam, in quo scribit Caium Petronium  
 Syriæ prouinciæ Præsidi imperasse,  
 statuam suam cum titulo NOVI  
 VIS ILLVSTRIS CAII in Hierosolymitano templo erigeret. Iudei  
 hoc audientes, vniuersi ordines ad Petronium  
 tronium humi procumbunt supplicantes  
 cum vlulatu quodam flebili, dicentes  
 xores & liberos familiasque adduximus  
 supplices tibi, & per te Caio aduoluimus  
 domi relicto nemine, decedimus vobis  
 bus, cedimus priuatis ædibus & possessionibus  
 onibus, suppellectilem vel pretiosissimam  
 vtrò vobis in prædam offerimus, ceterum  
 nimo, vt nos putemus nõ dare, sed accipere  
 pere, vnum pro his omnibus petimus, vt  
 quid in templo nouetur, vtque seruatum  
 tale, quale à maioribus nostris est tractatum.  
 tum, iel si non impetramus, necandum.

nos p  
 est m  
 tionis  
 conab  
 ligion  
 miner  
 adora

QV A  
 De

IN  
 fid  
 hæc, q  
 prælijs  
 am, &  
 creuer  
 reuerfi  
 tentior  
 pro Ca  
 sanguin  
 um est,  
 cessitat  
 num cõ  
 lictis lu  
 petitur  
 miserie

nos præbemus, ne videamus viui, quod est morte grauius. Et ratione huius deuotionis, quam sentiebant, & feruore quo conabantur conseruare templum & Religionem, Deus ipsis suppetias tulit, hominemque è medio sustulit, qui coli & adorari volebat vt Deus.

## CAPVT XII.

*QUANTAM MISERICORDIAM  
Deus illis præstet, qui ipsius causa in  
conflictu moriuntur.*

**I**Nter alias causas, propter quas Deus fideles suos bello visitat, recensetur & hæc, quòd nimirum omnibus in talibus prælijs cadentibus præstare misericordiam, & beatorum choris illos associare decreuerit, qui fortassè incolumes domum reuersi, damnarentur. Nam dum hac intentione militiam sectantur, videlicet vt pro Catholicæ Religionis defensione sanguinem suum effundant; haud dubium est, quin in extremis laboribus & necessitatibus suis ex toto corde ad Dominum cõuersi, & humiliter ipsum pro delictis suis deprecati liberius mortem operituri sint, cumque Deus benignus & misericors sit, acceptat & gratum habet

illud sacrificium, & non tantum praerita, sed etiam peccata in ipsa expeditione secundum humanam fragilitatem commissa, clementer eis indulget; ita hac ratione multi saluentur, qui si dormassent, perpetuis inferni cruciatibus adiudicati fuissent. Quæ cum ita summa & ingens est illis misericordia, & inestimabile beneficiū, quod nos peccatis & afflictionē arbitramur. Ad huius confirmationē exemplū notatu & admiratione dignissimum, quod S. Bernardi tempore contigit, proponam. Etenim eodem tempore & ductu Godefridi Ducis de Brabantia, Christiani terram sanctā recuperassent, & ex infidelium manibus eripulissent, postea ab iisdem denuo afflictī, & coangustati sunt. Itaque cū Pontifex tanquam vniuersalis omnium Christianorum Pater, Principes orbisq; potentes ad capeffendam terram, & ad præliandū cōtra Infideles, necesse & pro fratrum & terræ sanctæ defensionem moriendū, incitare ac commouere uellet, præcepit S. Bernardo, Viro pietate & sanctitate clarissimo, vt prædicatione suo populum ad sanctum illud & laudabile propositū exhortaretur. Bernardus admodum nitus prædicauit, & cōcionibus suis miraculis plurimis, illustratis & cōfirmatis omnēs prouincias, omniaq; simul regna

*In vita Ber.  
l. 3. cap. 4.*

*Lib. 17. de  
bello sacro.*

ad capeffenda arma commouit.

Contractis igitur copijs & ingenti exercitu conſcripto, expeditio ab Imperatore Conrado & Lodouico Francorū Rege ſuſcepta eſt: ſed heu miſerabilem & nimis infelicem exitum ſortita. ceſus nāque, contritus, & proſtigatus Catholicorum exercitus, vniuerſum Chriſtianum orbem conturbauit, & triſtitia, & mœrore maximo affecit: vbi que ſancto Bernardo detrahebatur, & contra ipſum murmurātes, nunc eum falſum Prophetam, nunc ſeductorem, deniq; etiam miſerabilis iſtius cladis, & ruinæ totius Chriſtianitatis cauſam appellabant. Quamuis hæc ſanctiſſimum & fideliffimum Dei Famulum dolore non modico affligerent; tamen cognofcens omnia iſta inanē ſolum eſſe tētationē, ſcripſit Pōtiffici Eugenio III & ad hoc ppoſitū multa ſcripturæ teſtimonia adducēs, ait: Malo in me eſſe murmur hominū, q̄ in Deum, bonum. n. mihi, ſi dignetur me vti p̄ glypeo. Libens excipio in me detrahentium linguas maledicas, & venenata ſpicula blaſphemorum, vt non ad ipſum perueniāt. Et vt quis perſpiceret Deum hoc ſibi præcepiſſe prædicare, quò ſcilicet expeditio illa ſuſcepta perficeretur, præter reliqua miracula iam antè

O 4 per-

Lib. 2. de  
coſid. caſ.



perpetrata, in veritatis testimonium caeco visum restituit.

Sed, vt ad propositum nostrum reuertamur, inter cætera quibus S. Bernardus afflictum populum consolabatur, dicebat, quòd, quamuis ex profectioe illa, Orientalis Ecclesianon sit liberata, celestis tamen meruit impleri & lætari. Quod si placuit Deo tali occasione plurimorum eripere si nō Orientalium corpora à paganis, Occidentalium animas à peccatis: quis audeat dicere illi, quid fecisti sic? Aut quis rectè sapiens, illorum magis vicem nō doleat, qui ad priora & peiora fortè prioribus scelera redierunt, quàm eorum mortem qui in fructibus pœnitentiæ purgatas varijs tribulationibus Christo animas reddiderunt? Quia sicut ait Saluianus, pius scilicet Dominus partem percussit sententiæ suæ gladio, vt partem corrigeret exemplo, probaretque omnibus simul & coërcendo censuram, & indulgendo pietatem. Censura enim fuit, quòd castigauit: pietas, quòd pepercit, quamuis vtrūque impari modo.

Si causa iam commemorata adeò familiaris & diuinæ bonitatis testimonium est: certè nec ista minima aut infima censenda, quòd nimirum hoc modo. SS. Martyrum

*Lib. 1. de  
proh. Dei.*

tyrum & gloriosorum ac fortissimorum equitum numerus adimpleatur, quos ab æterno Deus prædestinavit & elegit, ut palma & corona Martyrii exaltaret ac glorificaret. Etenim magni honoris Regi est, si multos in regno & imperio suo Principes & Magnates habeat. Tales in cælo Martyres sunt, qui fortissimè dimicantes, moriendo de morte, peccato, & inferno triumpharunt.

Hæc quidem ad consolationem fidelium Christianorum, qui vel in expeditionibus contra Hæreticos & infideles susceptis occubuerunt, vel ob Catholicam Religionem miserimè afflicti sunt, vel adhuc indies affliguntur, dilatari & ulterius deduci possent; ostendendo scilicet qualis & quanta Deo gloria, quantus cælo ornatus, quantus item Ecclesiæ Catholicæ honor, denique quale Christi fidelibus robur & exemplum ex vnius cuiusque Martyris obitu, proveniat: sed *Parte 2. ca. supersedebo illis, ne à proposito longius tech. ca. 16. degrediar. Legat de hac re qui volet, aut legere delectabitur, libellum R. P. F.*

Lodouici Granatensis, quem,

De gloria & dignitate Martyrum inscripsit.

(:.)

O 3

CAPVT

## CAPVT XIII.

## QVOD DEVS HAERETICORVM

*& infidelium punitionem quandoque intermitat ac protrahat, eò quod vltionis tempus nondum aduenerit.*

**D**Eus ac Dominus noster adeò benignus, longanimis, patiens & misericors est, vt expectet quò misereatur nostri, & honorem reputet, si nobis peccat, ideoq; & inimicos suos terrore bella præmonere solet, antequàm illos penitus disperdat, quia fortassè correptionis eorū tempus nondū aduenit. Quamuis. n. Deus peccatores simul & iniquitates omnes puniat, nec quenquam eorum impunitū relinquat; non tamen ilicò delicta castigat, sed prolongans & differens pœnam patienter eos exspectat; si fortè pœnitentiam agentes, conuertantur: quod si pertinaces & obstinati in malitia sua perseverant, tunc potenti manu sua sublata, tanto fortius percutit, quāto cum maiori & longiori patientia illos exspectauit. Hinc D. Paulus inquit: *An diuitias bonitatis eius, & patientie, & longanimitatis contemnens, ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adduxit? Secundum autem dicitur*

*Isa. cap. 30.*

*Rom. 2.*

*YHIM*

duritiam tuam & impœnitens cor, thesauri-  
 zas tibi iram, in die iræ & reuelationis iusti-  
 iudicij Dei, qui reddet unicuique secundum  
 opera eius.

Cum Deus Abrahamo & semini eius  
 terram ab Amorrhæis, Chananeis, alijs-  
 que infidelibus inhabitatam datum se  
 promitteret, causam, ob quam promissi-  
 onem suam aliquamdiu dilaturus esset,  
 subiunxit, dicens: *Necdum enim completa  
 sunt iniquitates Amorrhæorum vique id pro a Genes. 15.*  
 sens tempus, ita vti Deus Hæreticos & infi-  
 deles oēs non statim pro merito puniat,  
 eò quòd certos sibi p̄posuerit terminos  
 puniendi scelera & delicta omniū Regno-  
 rû & Prouinciarû. Priusquã aut̄ correcti-  
 onis & afflictionis tempus adueniat, su-  
 stinet, expectat, & blãditur impijs Deus;  
 adueniẽte verò tẽpore vno eodẽq; momẽ-  
 to omnia simul destruit & cõculcat. Qua  
 propter dũ Prophetæ populo vindictã, &  
 pœnã diuinã minatur, in hunc modũ lo-  
 quũtur: tempus vltionis aduenit; peccata  
 vestra iã completa sunt: dies visitationis  
 Domini appropinquat: quibus apertẽ do-  
 cẽt præterisse terminũ remissionis & in-  
 dulgẽtię, quẽ sibi præscripserat Deus; ad-  
 uentasse autẽ iã tẽpus retributionis, quo  
 nimirum iniquitates & peccata eorum  
 puniat, & retribuatur unicuiq; iuxta opera  
 sua.

*Hom 5. de  
peniten.*

*Josue. 6.*

Nec mirum est Deum tanta clementia & longanimitate in castigando & vindicando vti, q̄a sicut ait S. Chrysostomus: Quod in nobis euenit hominibus, quibus multò in tempore ædificia extruuntur, multo in tempore ædificamus domum, & ipsius structuræ quidem multum temporis, parum verò destructionis. E conuerso autem fit in Deo: Cum struit, velociter struit: cū destruit, tardè destruit. Velox Deus struens, tardè destruens. Verborum enim augmentum rerum experientia Sex in diebus Deus cælum terramque fecit, omnem hunc visibilem mundum, & qui in eo est ornatum, sex in diebus consummauit: quæ in eo sunt animalia rationalia & irrationalia, omnemque visibilem cultum sex in diebus fecit. Hic igitur tam velox in construendo, cū cœperit vnius demoliendæ vr̄bis consilium, inuentus est bonitate tardus. Vult Hiericho demoliri, & dicit ad Israël: Circumite eam septem diebus, & octaua die cadet murus. Mundum vniuersum sex in diebus construxit, & vn̄am vibem septem in diebus soluit. Nam clementior est ad faciendum, quàm destruendum, condonandum, quàm puniendū. cōseruandum & saluandū, q̄ erudiendū faciendū: vnum naturali motu suæ bonitatis, alterum

alterum coactus ratione nostrarum iniquitatum.

Hæc facilè intelligit quisquis in Genesi legit, quòd Deus, antequam diluuium propter malitiam hominum immitteret super terram, tactus dolore cordis intrinsecus, quasi affectionibus & passionibus humanis subiectus fuisset, dixerit: *Delebo hominem quem creavi, à facie terra.* *Genes. 6.*

Et per Isaiam: *Tacui semper, filii, patiens fui, sicut parturiens loquar: dissipabo, & absorbebo simul.* *Quid dicam? Nonne Dominus ac Redemptor noster, videns ciuitatem Hierusalem, fleuit super illam, præuidens poenas eidem superuenturas? Re-* *Lucæ. 19.*

*ète Sapiens inquit: O quam bonus & suavis est Domine Spiritus tuus in omnibus! Ideo quibus exerrant, partibus corripis, & de quibus peccant, admones & alloqueris: vt relinquant malitiã, credant in te Domine.* *Sap. 12.*

Deus, ait S. Chrysofostomus, non assimilatur Regibus qui bellum gerentes occultant iudicia sua, ne inimicis innotescant: sed ipse contra pugnaturus bellum annunciat, & adhortatur ac præmonet nos, priusquam præliari incipiat. *Psalmista, Gladium suum vibrauit, & parauit illum, sicque paulatim ac pedetentim ad bellum accingitur, quò peccatori reuertendi ac* *Psal. 7.*

pœnitendi tempus sit, & delictorum suorum veniam ab ipso petat, cui resistere nullatenus potest.

Atque ideò misit Deus Ionam Prophetam ad Niniuen ciuitatem, vt prædicaret in ea pœnitentiam, & minaretur incolis vindictam & ultionem diuinam. Aufugit autem Ionas, eò quod timebat ne fortè Dominus pœnitentia eorum placat<sup>9</sup>, misereretur ac parceret illis, sicut & factum est. Quapropter *afflictus est Ionas afflictione magna, & iratus est: & uenit ad Dominum, & dixit, Obsecro Domine, nunquid non hoc est uerbum meum, cum adhuc essem in terra mea: propter hoc præcepui ut fugerem in Tharsis, scio enim quia tu Deus clemens & misericors es, patient & multa miserationis, & ignoscens super malitia. Et nunc Domine tolle quasi animam meam à me: quia melior est mihi uis, quam uita. Et consolatus est Dominus Ionam dicens: Tu doles sepe hederam in qua non laborasti, neque fecisti ut cresceret. sed mirum quia illius tantum umbra ab ardore Solis te protexit: Et ego non parcaui Ninive ciuitati magne in qua sum plus quam centum viginti millia hominum qui nesciunt quid sit inter dexteram & sinistram suam, & iumenta multa?*

*Ionæ. 4.*

Plu-

Plutarchus in tractatu suo de sera Numinis vindicta, inter cætera ait, non aliam ob causam Deum protrahere ac differre pœnam, quam ut nobis immanitatem & impetum in animaduertendo enormem eximat, doceatque: ne suprationem æstuanes subito inuolemus in eos, qui nos fatigauerunt; sed placiditatē & cunctationem affingamus. Ut ad pœnitendum inclinēt, spatium ad reuocandum se ad bonam frugem concedit. Nam multi impij paciētiā, bonitatem, & longanimitatem Domini considerantes, intrinsecus commoti sunt, & ab impietate & malitia sua desistentes, in sanctissimos ac præclarissimos postmodum viros euaserunt. Ex malo enim aliquando procedit bonum. Itaq; sicut nō excidit spinam agricola, nisi asparagum acceperit: ita illustris, & regalis Deus gētis radicē malignā & asperā nō antē delet, q̄ exortus sit ex ea debitor fructus. Qui carceribus ob capitale crimen inclusus est, quamuis mortem promeruit, non tamen statim supplicio afficitur. Quantumuis piscis hamum deglutiuit, statim tamen assari vel concidi inficiamur: Eodem planè modo Deus licet sententiam de Hæreticis & infidelibus tulerit, non tamen continuò eam exequitur, sed

sed



sed prosperos illis subinde successus largitur, quoad usque tempus ruinae, destructionis & perditionis eorum adueniat.

Etsi autem Deus praedicta iam ratione erga Haereticos & impios omnes benignissimus & clementissimus videatur, dum nimirum patienter illos sustinet & expectat vt conuertantur, & vias suas iniquas derelinquant: nihilominus tamen ista correptionis prolongatio, diuina iustitiae opus est, & vindicta grauior cunctis temporalibus poenis. Quemadmodum enim tunc seuerissimè Deus castigat, quando malum culpa, praecipue verò haereses permittit ac tolerat, vt impij prosperitate elati indurescant, & in malitia sua perseuerent: sic haeretici quoque illam Domini mansuetudinem & longanimitatem, non admonitionem & minas reputant; sed fauorem & immensam Dei gratiam arbitrantur. ideoque sanctus Gregorius inquit: Vnde & saepe haeretici, quia affligi quosdam intra Sanctam Ecclesiam vident, tribulationes fidelium, non nisi ex peccato esse suspicantur, sed ideo iustos credunt: quia in prauitate suae sensu dimissi, sine flagello duruerunt, nec corrigunt vitam, sed indies multiplicant noxam, nec ab errore & falsa religione

Li. 14. Mor.  
cap. 16.

one sua desistunt, sed tanquam cæci, se solum videre existimant, qui tamen oculos à veritatis lumine auertunt. Et hæc pœna omnium grauissima est, quam Deus in hoc mundo impijs indulgere solet, vt nimirum per ipsam quotidie magis ac magis indurescant, & errorum ac vitiorum suorum labyrintho inuoluantur: & licet abominationibus impuritatis & spurcitiei suæ obruti sint; tamen veluti securos & dilectos Dei famulos pulcherrimis & odoriferis se rosis circumdatos arbitrantur. Verum dum minimè suspicantur & in tutissimo securitatis portu, atque in ipso Iouis, quod aiunt, gremio se collocatos existimant, subito furor Domini è cælo delapsus, superbos & elatos penitus destruit ac disperdit.

Pugnauit Israël contra Philistæos, & 1. Reg. 4.  
 verga vertit, attulerunt ad se arcam foederis in castra, sperantes propter ipsam subsidium & victoriam sibi desuper affuturam, sed quia transgressores erant legis, quæ in arca occlusa conseruabatur; idcirco ratione arcæ noluit illis succurrere, & auxiliari Deus, alteraque vice, & quidem grauius, quàm antea cæsi sunt, quin & arca Dei, in quam omnem fiduciam suam collocarant, capta, & in terrâ Philistinorum delata, & iuxta Dagon posita est.

Phili-

Philistei ergò prospera hac fortuna adò  
efferebantur, vt pacata iam omnia, & po-  
testati ac ditioni suæ subiugata esse, nec  
quicquam sibi periculi imminere possit  
putarent. Veruntamen pax eorum in bo-  
lum, & lætitia in mœrorem conuersa  
est, quia grauiter illos afflixit Deus, o-  
stendens se primò populi sui delicta ca-  
stigare, ac deinde inimicorum suorum  
arrogantiam & superbiam destruere ac  
conculcare voluisse. Atque hæc de Hæ-  
reticis dicta sint.

Quod autem illos attinet, qui per infir-  
mitatem Dei misericordiam Christiano-  
rum sacris initiati, eidem sedulo famulari, &  
pro veritatis lumine, alijsque innumera  
collatis sibi beneficijs gratias agere desi-  
derant, ipsis inquam aduersitates & tri-  
stites isti successus utilissimi sunt, dum-  
modò diligenter eos perpendant. Per in-  
fortunatos enim rerum euentus, Deus  
fidelium seruorum probat fidem, excitat  
spem, exercet virtutem, emendat vitam,  
reprimit arrogantiam, erigit consilia, et  
purgat intentionem, incendit orationem,  
denique corroborat & confirmat eos in  
bono, quo vel sic aduersarios suos op-  
primant ac deuincant.

Cap. 13.

In Deuteronomio scriptum reperimus  
*Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui*

somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum atque portentiū, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi: Eamus, & sequamur Deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis: non audies verba Prophetæ illius aut somniatoris: quia tentat vos Dominus Deus vester, ut palam fiat, utrum diligatis eum, an non, in toto corde, & in tota anima vestra.

Ex quo colligimus, permittete Deo quandoque euenire hoc, quod Pseudopropheta euenturum prophetauit, ut probetur fides, & amor populi erga Deum: contra verò non accidere illud quod Catholici fideliter Domino famulantes, euenire deposcunt, quò vel sic diligentius probata & examinata eorum fide, in religione & veritate Christiana cõfirmentur, corroborentur in spe, & in virtutibus, operibusque bonis exerceantur. Et hæc de prosperitate inimicorum, & aduersa fortuna amicorum & fidelium seruatorum

Dei, eorumque causis, iam dicta sufficiant. nunc quid in talibus casibus nobis faciendum sit, breuiter perstringemus.

## CAPVT

*QUALITER IN SIMILIBVS  
casibus nos habere debeamus.*

**Q**Vandocunq̃ue Deo aduersitati-  
bus nos punire placuerit, ante om-  
nia necessarium erit, vt ad ipsum conuer-  
si, afflictionem istam de manu eius pro-  
cedere cognoscentes, in melius emende-  
mus vitam, & procul à nobis repella-  
mus, quicquid Deo displicere, & tribula-  
tionis causa fore videbitur.

Magistratus & Reip. Gubernatores,  
præterquam quòd seipsos reformabunt,  
moribus etiam & honestate reliquos o-  
mnes præcellent, & bonum vitæ exem-  
plum subditis suis præbentes, diligentem  
ac sedulam dabunt operam, ne scilicet  
aperta & manifesta inter illos scelera re-  
gnet, quibus offendatur Deus, & ad ira-  
cundiam prouocetur. Etenim cum fla-  
gellum, ipsaque castigatio de peccato,  
& publica vindicta de publico delicto  
procedat, ad pœnam istam euitandam  
nec melius, nec certius remedium repe-  
riri vel excogitari potest, quàm vt culpa  
tollatur, vita emendetur, deprauati mo-  
res corrigantur, ipsa denique publica  
scand.

scandala præscindantur, quò sublata culpa, ipsa quoque ultio cesset, & iusta Dei ira mitigetur. Quæ si negligantur, nec per afflictionem istam temporalem conuersio aliqua fiat, pessimum & infallibile signum est maioris & terribioris superuenturæ correctionis. Nam sicut peccatum non purgatum aut emendatū per pœnitentiam, pondere suo plura alia grauiora attrahit crimina; sic tribulatio & castigatio Dei, per quam non reformamur, corrigimur, & meliores effici-mur, certissimum indicium est aliarum acriorum imminentium pœnarum & tribulationum: ideòque summam adhibebimus diligentiam, vt iratus Deus placetur & reconcilietur nobis.

Præterea oculi nostri cum ingenti fiducia in Deum conijciendi sunt. Etsi hoc ipsum quod inchoauimus acceptum fuerit, & ad sanctum eius seruitium & securitatem nostram conduxerit, nullo modo diffidendum aut subsistendum est, & ab opere bono cessandum, sed resumpto animo supplere potius & resarcire defectus, corrigere vitia, opusque inceptum prosequi & ad finem perducere debemus, nequaquam existimantes propter vnum alterumue infelicem & minus prosperum successum, perpetuò malè  
suc-

successurum. Si varios & diuersos præ-  
 ritorum bellorum consideremus ac per-  
 scrutemur euentus, animaduertimus for-  
 tissimos quosque Duces, qui ingentes &  
 memorabiles de hostibus victorias retu-  
 lerunt, turpissimè frequenter victos suc-  
 cubuisse; ita vt nec felix initium, felicem  
 & fortunatum finem, nec exitus infelix  
 prosperum semper habuerit initium. Ne-  
 que enim Cyrus Persarum Rex poten-  
 tissimus, nec Alexander Magnus, Iulius  
 Cæsar, Pompeius, aut quiuis alius Capi-  
 taneus & Dux generosissimus tãta in bel-  
 lo prosperitate vsus est, vt cæsis profligatisque semper hostibus triumpharet,  
 nam prosperitas & fortuna nunquam in  
 eodem statu permanent. Romani in ini-  
 tio quidem à Samnitibus debellati, ca-  
 pti, expoliati, & armis omnibus exuti, ignominiosè ad furcas Caudinas sub iugum missi sunt; verùm postea ignomi-  
 nia & dedecore isto exacerbati, de iisdem  
 victoribus suis viginti quatuor duxere  
 triumphos, ac postremò furore & hosti-  
 li odio exagitati, ipsam Samnitium vr-  
 bem iam funditus euersam, taliter solo  
 adæquauere, vt in ea nec lapidem super  
 lapidem relinquerent, ne scilicet aliquod  
 eius vestigium superesset,

Cum

Cū  
 pirota  
 leph  
 rant,  
 ginem  
 ximis  
 Carth  
 Ab H  
 afflic  
 est, vt  
 actum  
 tis, co  
 ex Ital  
 nes po  
 regnu  
 præda  
 His  
 nis cu  
 quatu  
 quadr  
 sissent  
 uicti s  
 adæqu  
 Cui  
 mauo  
 à Mar  
 nè Mi  
 Roma  
 cum e  
 rmas

Cum Romani primò cum Pyrrho Epirotarum Rege congregarentur, ab Elephantis, quos nunquam antea viderant, in fugam conuersi sunt: A Carthaginensibus item sæpissimè superati, maximisque cladibus affecti sunt, priusquàm Carthaginem expugnatam deuastarent. Ab Hannibale tantoperè Resp. Romana afflicta, debilitata, & militibus destituta est, vt iam penè de Romanorum Imperio actum videretur. Sed viribus redintegratis, constanti & intrepido animo hostem ex Italia propulsantes, & in suos vsque fines persequentes, ipsam Carthaginem, regnumque Pœnorum direptum ac depraedatum destruxerunt.

Hispani Numantini quatuordecim annis cum Romanis pugnauère, & licet quatuor tantum millia Numantinorum, quadraginta millia Romanorum percussissent; postmodum tamen ab iisdem deuicti sunt, & Numantina diruta & solo adæquata est.

Cimbri & Teutones aliquoties Romanorum castra inuaserunt, antequam à Mario superati coërcerentur. Simile planè Mithridati & Iugurthæ diuturnum cū Romanis bellum gerentibus contigit: cum enim ipsi Romanis prouincias plurimas eripuissēt, ipsamq; Romā aliq̄ diu  
coar-



coangustassent, tandem fortuna Sylla  
generositate Luculli, & magnanimitate  
Pompeij eneruati, ab incepto destiterunt.

*Lib. 4. de  
bello Galli.*

Iulius Cæsar Angliam debellaturus  
prima vice totius penè exercitus iactura  
fecit, eò quòd ignarus esset fluxus & refluxus  
maris: at secundò rediens, meliori  
consilio & prouidentia usus est, prius  
usque prouinciam hanc expugnatam  
Imperio Romano subiecit.

Heraclius Imperator **ROMANUS** in  
Asia & incommoda maxima à Persis  
perpeffus, Regiones multas perdidit, ubi  
que dum superbum & arrogantem  
Ciroem Regem iam tertio deuictum re-  
gno priuaret, ac pretiosum nostræ redem-  
ptionis lignum recuperaret.

Ramirus Hispaniarum Rex, priusquam  
caesis & profligatis Mauris extrema  
memorabili victoria potiretur, cuius  
hunc usque diem celeberrima in Hispaniis  
agitur memoria, ad tantas quandoque  
angustias redactus, nec non & exercitus  
eius tanta clade percussus, & penitus  
interneccione deletus est, vt ad montes  
recipere cogerentur, ubi totam noctem  
insomnem ducentes, profusis vberibus  
lachrymis, Deum deprecati sunt, vt  
in tanta necessitate subuenire, & ex  
sentissimo periculo eripere ac libera-  
dign

dignaretur, donec S. Iacobus singularis Hispaniæ protector, apparens, ex animatos & timore nimio percussos confortaret, & sancta præsentia sua iam antea profugatis victoriæ palmam impertiretur.

Nonne Alphonfus Rex potentissimus ingentem antè à Mauris in Alarco stragem pertulit, quàm in Tolosa victoriam istam celeberrimam & omni memoria dignam obtinuit, quæ Christianis lætissimum, Mauris verò contrà lamentabile attulit nuntium? illorum quippe vltra viginti millia in ipso prælio ceciderant, cum Christianorum ne viginti quinque interiissent.

Multis & innumeris penè alijs exemplis probare ac demonstrare possem, omnes, quotquot fuere, eximios & generosissimos militiae Duces ac Principes, qui aliquem in mundo triumphum duxerunt, aduersitatibus varijs expositos, plurimos infelicissimos successus pertulisse sed casibus istis aduersis, & infortunatis successibus quasi calcaribus quibusdam instigabatur, vt instauratis viribus, progredierentur ad propositum suum consummandum, emendantes interim & corrigentes defectus in primo congressu & conflictu annotatos, magnani-

P

mus

mus enim & fortis Heros inter difficultates assumit animum, inter periculum, virtutem denique ac fortitudinem dum alij formidulosi & imbelles cunctuati diffidunt, vt nimirum, nec frangere nec per fortunam deuinci posse, ostendat. Verus & syncerus Christianus, qui firmiter Deo adhaerens, tam bonos, quam malos successus de diuina ipsius manu procedere cognoscit ac credit, etsi quandoque affligatur, nequaquam tamen desperat; sed mores suos deprauatos corrigens, conuertitur ad Dominum, dicens cum S. Iob: *Etiam si occideris me, in ipso sperabo.*

Cap. 13.

Quamobrem vt talem quoque in nobis spem suscitet Deus, probetque, vt in se solum speremus ac cofidamus, permittit interdum res nostras ad tantam deuenire necessitatem, vt iam penitus desperatae videantur, quatenus humano ope destituti, tanto melius diuinum eius auxilium sentiamus, quemadmodum D. Abrahamo contigit, quem Deus eo vtique deuenire passus est, vt Isaac filium suum iam colligatum & super altare positum euaginato & eleuato gladio ferre ac decollare vellet: verum Angelus repente de caelo missus apprehendens gladium, cohibuit ipsum ne feriret, libe-

Gent. 22.

ratoque filio ingentes, magnificas, & admirandas fecit ei promissiones, quæ in Genesi describuntur. Priusquam Ioseph *Genes. 47* cœleste expertus subsidium à Pharaone sublimaretur, variè ac multipliciter à Deo tentatus, afflictus, & carceribus inclusus fuit. Susanna illa castissima, quæ *Daniel 3* uis adulterij accusata, & ab omnibus desolata, lapidibus penè obruta fuisset, in extrema tamen necessitate nequaquam à Deo deserta est. S. Paulus de tribulatione sua, quam in Asia perpeffus, in hunc modum loquitur: *Non volumus ignorare 2. Corint. 2* vos fratres, de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus supra virtutem, ita ut tederet nos etiam vivere. Sed ipsi in nobis metipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitatur mortuos, quæ de tantis periculis nos eripuit & erit.

Idem omninò generosissimo, pijsfimi *Theod. li 5* mo, ac deuotissimo Principi & Imperatori *cap. 24.* Theodosio contigit, nam licet ipse à *Sozo. lib. 7* Ioanne Abbate dono prophetiæ prædicator *cap. 22.* to, de victoria contra Eugenium certior factus, & à duobus Apostolis, utpote Ioâne & Philippo, de nocte sibi apparètib<sup>9</sup>, exercitiū in aciē educere iussus fuisset;

nihilominus tamen in ipso congressu hostis impetu maximo in primam aciem irruens, vltra decem millia prostrauit, & occidit, tantisque Theodosium angustiis circumdedit, vt oculos in cælum attollens, cum ingenti feruore, & firma fide exclamauerit dicēs: *Vbi est Deus Theodosii?* Existimabat quippe Imperator procul à se abesse Deum, qui sibi proximus erat, à quo etiam tantoperè coangustabatur, ne scilicet victoriam, quâ postmodum potiebatur, de sua potius quàm de ipsius manu prouenire arbitraretur. Etenim cum tela vtrunque conijci coepissent, ventus violentus è regione hostibus irruens, illorum sagittas spiculaque in ipsos retorsit. Quin etiam tanta pulueris copia in eorum facies impetu ferebatur, vti palpebras occludere & pupillas oculorum grauiter infestatas tegere & tueri, ac postremò fuga sibi salutem acquirere, illos coegerit. Quapropter Rufinus inquit: Stetit aliquamdiu anceps victoria: fundebantur auxilia Barbarorum, & terga iam hostibus dabant: sed fiebat hoc, non vt Theodosius vinceretur, sed ne per Barbaros vincere videretur. Quia sicut ait S. Augustinus: Quum aliquid aliquando tardius dat Deus, commendat dona, non negat: desiderata diu, dul-

*S. Ambrosius  
in orat. fuisse  
Theodosius*

*Lib. 2. hist.  
cap. 33.*

*De verb.  
Dextini ser  
mone 1.*

dulce  
Iesu  
quæ  
De  
disca  
Et  
re fo  
entiu  
audia  
exau  
N  
suor  
nuò  
cont  
stati  
minu  
ces f  
fusa  
don  
latio  
tu

dulcius obtinentur; cito autem data vilescent. Pete, quære, insta; Petendo & quærendo crescas, vt capias; seruat sibi Deus, quod non vult cito dare; vt & tu discas magna magis desiderare.

Et S. Gregorius: Deus, inquit, differre solet voces petentium, vt merita patientium crescant, quatenus eò magis exaudiantur ad meritum, quò citius non exaudiuntur ad votum.

*Lib. 20. Moral. ca. 24.*

Nemo existimet Deum Seruorum suorum preces aspernari, etiamsi continuo illos non exaudiat: nec quisquam conturbetur aut diffidat, si quando non statim petitioni suæ annuatur, multò minus ab oratione desistat, licet ipsi preces suæ inutiles, & frustra ac temerè profusæ videantur. Vult namq; Deus, vt & dona sua permagni æstimentur, & per dilationem crescat in nobis meritum, augeatur desiderium, inflammetur fides,

pariterque cum Theodosio dicamus: *Vbi est Deus The-*

*odosij?*

P 3

CA.

## CAPVT XV.

**Q**UOD DEVS ALIQV ANDA  
 permittat vt homines quos Sanctos opin-  
 bamur decipiantur, & ipsi vicif-  
 fim alios decipiant.

**P**AUCIS abhiñc annis diuersis in locis  
 plurimi prodire, qui prætendentes  
 nouas quasdam inuentiones, & technas  
 inusitatas, sub vmbra & prætextu sancti-  
 tatis vniuersum penè mundum decepe-  
 runt. Etenim reuelationes falsas excogi-  
 tantes, frequentia quoque vulnera in  
 corporibus suis repræsentauere, quibus  
 maximam sibi apud ignarum vulgus  
 conciliauerunt fidem, & scandala que  
 manifestatæ istius fallaciæ punitionem  
 & correctionem subsequuta sunt, adeo  
 magna & graua fuere, vt non immerito  
 pro singulari quodam maximarum tri-  
 bulationum genere reputentur, quod  
 tanto censetur periculosius, quanto a-  
 nimarum saluti, veritatis cognitioni, &  
 mori denique & pretio, ac dignitati vis-  
 tutum est perniciosius.

Tribulationes aliæ corpus affligunt,  
 & temporalia nobis bona aliquando, ve-  
 limus nolimus, deserenda eripiunt; ha-

vero

verò conturbant & molestant animam,  
& in virtutis semita defatigant: ideo-  
que periculosissimæ ac perniciosissimæ  
sunt, eò quòd destituant & priuent nos  
medijs, quibus eterna nobis bona acqui-  
renda forent.

Verùm ne quis fraudes, falsitates, &  
artificiosas quorundam technas admi-  
retur, aut miserabili ac lamentabili Reli-  
giosorum lapsu scandalizetur, necessa-  
riò sciendum, id ipsum nec noui quic-  
quam, nec inauditum aut insolitum ef-  
se, sed à longo tempore vsitatum ac fre-  
quentatum, semperque in mundo se-  
ductores & deceptores extitisse, qui par-  
tim sub prætextu sanctitatis diuersis su-  
is machinamentis excæcare & seducere  
populum conati fuerint; partim etiam  
ipsi decepti, alios pariter, quantum-  
uis inscij, deceperint. Hinc Sanctus Hie-  
ronymus inquit: De ludo monasterio-  
rum, huiuscemodi volumus egredi mi-  
lites, quos eremi dura rudimenta non  
terreant; qui specimen conuersationis  
sue multo tempore dederunt; &cæt. qui  
nesciunt, secundum quosdam ineptos  
homines, dæmonum pugnantium con-  
tra se portenta confingere; vt apud  
imperitos & vulgi homines mira-  
culum

*Id Russi ñ  
c. 4. 4.*



culum sui faciant, & exinde lucra sectentur. Ex quibus S. Hieronymi verbis aperte cognoscimus, plurimos quoque tunc temporis fuisse Hypocritas & Pseudoprophetas.

*Aktor. 8.*

Simon Magus, vt in Actis Apostolorum legimus, Samariæ gentem seduxit, dicens se esse aliquem magnum, & nouā Dei virtutem. Quo autem populum magis suis melius inescare ac dementare posset, baptizatus & Christianus effectus est, sperans per virtutem Baptismi se obtenturum gratiam, vt eadem operaretur miracula, quæ S. Philippus Diaconus à quo baptizatus erat. cumque Romam venisset, ibidem maximam ciuium multitudinem nefarijs ac diabolicis suis artibus ita decepit, & excæcauit, vt statuam ei cum hac inscriptione *Simoni Deo Sacerdoti* erexerint, & vt refert Eusebius, nõ aliter ab ipsis quam Deorum quispiam cultus sit, vsque dum Apostolus Petrus eum, de his quæ gerebat sceleribus, confutaret, & verbi sui virtute volentem in aëre præcipitaret, fractisque cruribus in fabulam fieret vniuerso populo.

*Lib. 2. cap. 13. histor.*

*Socrates  
17. c. 37.*

In Insula Creta inuentus est Iudæus veterator (vel, vt aliquorum est opinio, exitialis dæmon, ad istius gentis perniciem, humana carne vestitus) qui se Moy-

sea

senesse simulauit, & multis Iudæis persuasit, Deum antiqua sua miracula renouare uelle, seque eos per medium sicci maris in terram promissionis traducturum pollicitus est. Vbi dies profectioñ ab illo veteratore præstituta aduenit, ille præcedere, subsequi omnes cum mulieribus & pueris cœperunt. Eos ergo ad promontorium mari imminens deducit; ex eo se in mare præcipitare iubet. Proinde, qui primi ad præcipitium accesserant, ita faciunt: ac pars præcipitio obtriti, pars aqua demersi statim perierunt: & nisi diuina prouidentia illis prospectum fuisset, multo plures interisissent. Quocirca Iudæi liberati, Iudaismo derelicto, ad fidem Christi se transtulerunt.

Anatolium quendam miracula perpetrasse, & diuinam se virtutem nuncupasse, recenset Seuerus Sulpitius. Hic ut dictis & factis suis maiorem conciliaret fidem, veste quadam, quam de cœlo sibi demissam prædicabat, adeò candida & fulgida usus est, ut nec splendorem eius satis admirari, nec unde, aut quo modo facta aut contexta esset, diuinare quisquam potuerit. Cum autem ad S. Martinū vi deferri iuberetur, ex deferentium manibus disparuit. Refert idem Sulpitius,

*In vita S.  
Martini.*

fuisse Adolescentem quendam in Hispania, qui se primò Eliam, postea verò ipsum etiam Christum dixerit, ita ut multis, potissimum autem à Ruffo Episcopo, adoraretur, propter quod de sede sua proiectus, & Episcopatus dignitate priuatus est.

*In hist. lib.*

*10. c. 25.*

Sanctus Gregorius Turonensis, Raticum quendam gallicum Prophetam & Messiam se asseuerasse, & ultra tria millia hominum, sibi adhærentium & inter ipsos plurimos Sacerdotes collegisse, scribit, qui ut miseros mortales melius inescaret, maximam auri argenti que summam, & vestium multitudinē sibi oblatam in pauperes distribuit: futura prædixit, infirmitates & languores varios curauit, ac postremò tandem se adorari præcipiens, cunctosque illud facere recusantes, bonis omnibus despolians, miserrimè trucidatus, dignissimā operum suorum mercedem recepit. Afferit etiā S. Gregorius, vidisse & cōuertisse se quosdā ab hoc Impostore seductos.

*In Supple.*

*Sigeb. anno*

*1148.*

Extitit & alius Eum de Stella nuncupatus, hic per subtilitatem & agilitatem suam plurimos seducens, affirmabat se Christum, qui venturus esset iudicare viuos & mortuos: Sed in Concilio Rheimensi ex mandato Eugenij III. Pontif. Max.

Max. captus, debitas pœnas persoluit.

*In contin-  
at. Eusebij,*

Anno 1511. fuit Augustæ Vindelico-  
rum, virgo quædam quadraginta anno-  
rum, nomine Anna, illa se nec bibere,  
nec comedere, aut dormire, sed diuinis  
contemplationibus & meditationibus  
perpetuò occupatâ, frequenter se à Deo  
visitari & consolari, simulabat, cumque  
Imperatorē aliosq; Principes, hac ratio-  
ne decepisset, tandē nequitia eius reuela-  
tæ ac proditæ sunt, accusata autē & tanq̃  
mulier impudica & nefaria à Iudice pro-  
scripta, Friburgum se contulit, vbi per  
mortis sententiam submersa, interiit.

Anno 1550. Parisijs, quidam se spiritū  
S. Ioannis Euangelistæ habere profite-  
batur. In eadem & Basilea ciuitate, alius  
quidam se S. Petrum aiebat: item alius  
sibi Moyſis Angelum adesse, & in Magi-  
strum ac Ducem datum, astruens, multa  
falsa prædicebat.

*Sarinas in  
hist. sua.*

Verū sepositis antiquis historijs,  
quid hisce nostris temporibus in Hispa-  
nia acciderit, breuiter indicabo. Erant  
extranei seu peregrini duodecim, qui se  
Apostolos Domini afferentes, totā penē  
peragrabant Hispaniam, prædicantesq;  
populo, & Cōfessiones eorū audiētes, p-  
suadebāt ipsis diuinitus sibi scelera & de-  
licta reuelari: sed destructis ac patefactis

corum fraudibus, ad triremes condemnati sunt. Quid de falsa & ficta sanctitate Magdalensæ de S. Cruce Hispanis omnibus cognitæ dicam?

Anno 1553. cum in Italia versarer, ipse oculis meis Bononiæ Religiosam quandam vidi, quæ sanctissima ab omnibus reputabatur, monstrabat namque vulnera passionis Domini ac Redemptoris nostri, in latere, manibus, ac pedibus suis expressa, quin & frequenter sanguis decapite eius ita copiosè profluebat, ac si spinis coronata foret; postmodum tamen hæc omnia commenta esse reperta sunt. Similiter cum in vrbe Camarina Loretanæ ædi proxima morarer, vidi Virginem quandam singulari modestia & honestate præditam, quæ ab alio seducta, suas ipsius manus pedesque confodiebat, persuadens populo hæc vulnera sibi cælitus infligi. quapropter in tantum à populo diligebatur, vt vicarium Episcopi ad indagandam rei veritatem, Virginem istam in Monasterium elocare, & sacre Religioni destinare ac dedicare conantem, penè lapidassent, exclamantes & dicentes, iniuste sanctissimam hanc sibi eripi Virginem: tandem ad extremum technæ ipsius manifestatæ sunt, & meras tantum nugas & fallacias esse comper-

tum est. quamobrem & illa dignas & promeritas luit pœnas, & instigator seu consiliarius eius in carcere diris supplicij interemptus est.

Exempla ista non aliam ob causam à me huc allata & introducta sunt, quàm ut sciamus nihil esse noui, quod iam pridem in Hispania vidimus. Et certè haud parum mirandum, vno eodemque tempore, tot, diuersis in locis, foeminas miserimè deceptas & vulneratas prodire ausas fuisse: ita ut malignus quidam seductor & mendacij spiritus, à vinculis solutus videatur, à quo seduci ac decipi populus exoptet. nec minus mirum videtur, quod nonnulli vera & solida virtute destituti, sanctissimi & maximis virtutibus præditi censerì velint.

Illud autem præ reliquis maximè mirandum, videlicet quosdam sanctos & electos Dei Famulos in errores, iniquitates, & abominations grauissimas prolapsos, terga Deo obuertere, cuius iucundissima antea vsi fuerant familiaritate & præsentia. Nunquid Dauid, Vir secundum cor Dei adulterium & homicidium commisit? nonne Salomon Rex sapientissimus Dauidis Filius in profundissimam ignorantiae & insipientiae abyssum demersus, Idola coluit & adora-

uit? nonne Iudas discipulus Domini, ac Saluatoris nostri Iesu Christi, Magistri suum impijssimis & crudelissimis Iudeis prodidit ac vendidit? nunquid Nicolaus Antiochenus, vnus ex septem primis Diaconis, ab ipsis Apostolis electus, impudentissimus Hæresiarcha factus? An non Origenes etiam sanctissimi cuiusdam Martyris filius, qui in florida iuuentute procuratam sibi & diu desideratam martyrii fermè nactus coronam, & persecutiones varias pro Christi nomine, & Catholicæ Religionis defensione perpeffus, ad euitandam omnem contaminationis occasionem, seipsum castrârat, & Orientalis Ecclesiæ Magister ac lumen extiterat, an non ipse, inquam, in fine vitæ, immemor salutis, & virtutum ac præcedentium factorum suorum oblitus, à vera, catholica, & orthodoxa fide defecit, in grauissimos delapsus errores?

S. Augustinus, deplorat quorundam præclarissimorum virorum casus, qui in Ecclesia Dei fuerant, quasi Cedri Libani & Stellæ firmamenti, colloquens cū Deo in hunc modum: vidimus multos Domine, & audiuius à Patribus nostris, ascēdisse primitus, quodammodo vsque ad cælos, & inter sydera nidum suum col-

locati

*in Soliloq.  
cap. 29.*

LIBER SECVNDVS. 35

locasse, postmodum autem cecidisse, usque ad abyssos, & animas eorum in malis obstupuisse. Vidimus stellas de celo cecidisse ab impetu ferientis caudæ draconis. Et eos qui iacebant in puluere terræ, à facie subleuantis manus tuæ Domine mirabiliter ascendisse. Vidimus viuos morientes, & mortuos à morte surgentes, & eos qui inter filios Dei ambulabant in medio lapidum ignitorum quasi lutum ad nihilum defluxisse. Hæc omnia S. Augustini verba sunt.

Multis & innumeris penè historijs & exemplis probari posset, nisi ipsi hac nostra ætate vidissemus, plurimos, illustrissimos, religiosissimos, doctissimos, & famosissimos viros, in maximos incidentes errores, infirmos ac debiles scandalizasse, & rudes atque ignaros perturbasse, illos potissimum, qui stantem & erectum cadere non posse existimantes, ipsam Religionem culpabilem fore arbitrantur, si quando Religiosorum quispian cadat vel deficiat, aut graues aliquos errores incurrat is, qui virtute præditus censebatur.

CA



QVOD NEC CERTI QVICQV AM  
in hoc mundo sit, nec supradictis alijsque si-  
milibus casibus scandalizari  
debeamus.

**S**I rē ipsam penitius introspeciamus,  
profecto animaduertimus fallaciam  
esse maximam, existimare hominem in  
terra viuentem, quantumuis Religiosum  
& multis annis fidelissimè Deo seruien-  
tem ab omni prorsus periculo immunè  
ac liberum fore. Quia (sicut ait S. Grego-  
rius) nullus in hoc mundo locus tutus,  
nullus securus est; Loth enim in Sodo-  
mis sanctus exiit, in monte peccauit  
ipse humani generis primus parens in  
paradiso cecidit, & si locus saluare po-  
tuisset, nequaquam Lucifer cum sua co-  
horte de coelo corruisset. Si ergò nec An-  
geli in coelo securi fuerunt; quantò mi-  
nus mirandum Religiosum quempiam  
naturali inclinatione ad mala propen-  
sum, à veritatis semita declinare. nam  
(vt verissimè & optimè dixit S. Antho-  
nius) licet Diaboli omnes teuent & af-  
fligant Christianos, singulari tamen o-  
dio Religiosos Deo consecratos profe-  
quentes, eosdem acrius & crudelius ve-  
xant, cumque eiusdem cum reliquis ma-

In Ezech.  
homil. 9.

Athanas. in  
vita S. An-  
tonij.

ACTE

veria, eisdem pariter inclinationibus subiecti sint, mirum non est, si quandoque per atroces & continuas maligni spiritus insultationes superentur, qui tanto vehementius illos tentat & euertere nititur, quanto amplius Deum eorum lapsu offendi, bonos scandalizari, & à virtutibus abstrahi cognouerit. Etenim nonnulli animaduertentes virum quendam sanctum, & virtutibus varijs exornatum, astutia Diaboli deceptum corruisse, continuo exanimati, orationis & mortificationis exercitia intermittunt, existimantes eadem in causa fuisse, vt ipse in tales inciderit errores, ideoque tanto se futuros sperant securiores, quanto minus pijs istis exercitijs inuigilauerint, quæ altius casum operata arbitrantur.

Sunt & alij, qui dum vnum aliquem labi conspiciunt, necessario omnes in vniuersum à veritatis tramite aberrare putant quare si is, qui cecidit, Religiosus, honestus, grauis, & sanctus habitus fuerit, reliquos omnes sanctitatis & probitatis speciem præ se ferentes, nequaquam sanctos censent reputandos: neque enim omne quod refulget aurum, nec iam in mundo Sanctos, sed omnes, quotquot supersunt, simplices tantum homines, vnius Adami filios, ex vna eademque  
*massa*

massa procreatos, opinantur; Atque hæc ratione virtus paulatim debilitatur. At qui animo confternati, virtutis operibus & exercitijs antè à se frequentatis, supersedent, & mentes ne & ipsi fortassè easdè aut similes misérias & incommoditates incurrant, seipsos decipiunt & seducunt; nescientes enim rerum per se bonarum naturam & substantiam à malo earundem vsu distinguere, falsam quandam & perniciosam præiudicialem regulam in cunctis rebus humanis sibi seruientem, machinantur.

Nam oratio per se res sanctissima, vtilissima, & maximè necessaria est, ad spiritualem potissimum vitam, ad superandas passiones, & appetitus carnales mortificandos, ad resistendum diabolo, ad deuincendum & debellandum infernū, ad acquirendam denique, & obtinendam æternam cœlestis patriæ gloriam. ideoque toties nos adhortatur & admonet sacra Scriptura, vt sine intermissione oremus. Carnis & propriæ voluntatis mortificationes, nec non & spiritualium vsus exercitiorum à Deo & Sanctis eius instituta sunt, per exempla scilicet & eorundem doctrinam: vnde sequitur nullum prorsus in his alijsque similibus pietatis exercitijs esse defectum, &

sides.

si defectus aliquis foret, is tamen non ex illo, quod per se bonum est; sed ex abusu istius, quod bonum erat, proueniret. Quare si propter abusum res alioqui per se bona, utilis, & necessaria contemnenda & reijcienda sit; contemnendæ pariter erunt omnes artes & scientiæ, & reijciendum quicquid superfuerit rerum humanarum, cum iisdem pro voluntate & arbitrio nostro abuti possimus.

Quot Iurisperiti abutuntur legibus iniustas defendendo causas, & opprimendo innocentes? Quot Medici venenum medicinæ loco adhibent? Quot & quanti Theologi scientia inflati, stulti & insipientes effecti sunt, & ex lumine & claritate SS. Scripturarum densissimas errorum tenebras in propriam, aliorumque multorum perniciem & interitum protraxerunt? Quot denique nimium literarum studijs dediti, sanitatis & ingenij fecere iacturam? Ergone artes & scientias noxias esse, nec iam ultra studendum fore dicemus, eò quòd quidam illis fuerint abusi? Iuxta hanc sententiam nec pro militibus arma conficienda aut diuendenda essent, propter prædonum & excursorum abusum: nec mare nauigandum, propter scopulos & loca  
peri-

periculosa: nec excolenda aut seminanda terra, eò quòd quibusdam in locis sterilis & infructuosa sit: multò minus inhabitandæ domus, quæ subitò & ex improviso quandoque corruentes, opprimunt inhabitatores. Quid ad humanæ vitæ sustentationem magis necessarium est pane & vino, præsertim cum alterorum confortemur, altero verò cor nostrum lætificetur? Quòd si ingentem iam hominum multitudinem superfluo cibo & potu seipfos peremisse attenderimus, ideò ne nos ab iisdem abstinēbimus, nec fruēmur donis, quæ Deus nobis ad vitæ contulit sustentationem? De aqua, igne, & aëre, de Sole item & Luna, & reliquis Elementis eadem est ratio: ex quibus, cum vniuersorum confiet & fouetur vita, nequaquam tamen illis incommodare cessant, sed ipsos etiam aliquandò occidunt, qui benè eis vti nesciunt.

Nec solum res naturales & humanæ detrimentum inferunt, verum etiam ex diuinis & supernaturalibus ingentia damna elici possunt, dum nimirum medicina in venenum conuertitur, & sancta Ecclesiæ Sacramenta non ad salutem, sed interitum percipiuntur: quæ nihilominus vnguenta sanctissima & preciosissima sunt ad sananda vulnera, &

diu-

diuina atque efficacissima medicamen-  
ta, ad tollendum omnem languorem &  
infirmi-  
tatem, & restituendam vitam om-  
nibus illa dignè suscipientibus.

Quis ergò præsumet dicere Confessi-  
onem & sacram Communionem esse  
intermittendam, eò quòd quidam malè  
confitentes, & indignè communicantes,  
non secus ac Iudas Dominum & Crea-  
torem suum tradunt in manus peccato-  
rum? Cum igitur in omnibus tam diui-  
nis quàm humanis rebus non omitta-  
mus ea, quæ vtilia & necessaria nobis fo-  
re videntur, licet aliqui iisdem abutatur,  
aut benè vti nesciant; cur non idem face-  
remus in illis, quæ vtiliora nobis sunt &  
magis necessaria, & sine quibus nec vi-  
uere, nec à lapsu præseruari valemus? cur  
præ timore alicuius insperati casus humi  
serpere, vel in terra perpetuò desiderare, &  
inter illos recenseri expeteremus, qui  
(sicut ait Quintilianus) Dum timent ne *Lib. 8. c. 5.*  
aliquando cadant, semper iacent?

Quare si propter vnum aliquem, vel  
plures homines, qui primò quidem San-  
cti reputati sunt, postmodum verò erro-  
res grauissimos incurrerunt, cæteros om-  
nes Religiosos & viros Sanctos, vitam-  
que eorum sanctissimam, & virtutibus,  
ac miraculis clarissimam contempseri-  
mus,

mus,

mus, nec non & ipsa sanctitatis & virtutis exercitia neglexerimus, tandem ad extremum necessario omnes humani generis status reijciendi ac reprobandi erunt: reperiuntur enim nonnulli in eis qui officio & munere suo male fungentes, vocationi suæ minus satisfaciunt. Condemnandi itaque omnes Iudices, quoniam interdum vnus eorum auaritia instigatus corrumpitur & execratur: repudiandi quoque omnes Aduocati, quia vnus aut alter illorum iniustus patrocinatur causis, nec iam militum quis generosus ac strenuus dicendus, quando aliqui imbelles & mericulosi proiectis armis terga verterunt: denique Vxores & Coniuges omnes adulteræ & infideles, quia vna vel plures degenerantes, promissam Viro fidem preuaricatæ sūt. Si ergo temeritas, & arrogantia magna foret, supradicta ratione & modo, vniuersos reprobare, contemnere, & condempnare status, certè multò maior audacia & dementia esset, tale quid in hac presenti attentare materia, eò quòd in maximò religionis, virtutis, & reip. cederet detrimentum.

*Epist. 137.*

S. Augustinus Hipponēsi populo scribens, ait: Et tamen etiam ipsi cum aliqua maritata inuenitur adultera, nec proiciunt

ciunt Vxores suas, nec accusant Matres suas. Cum autem de aliquibus qui sanctum nomen profitentur, aliquid criminis vel falsi sonuerit, vel veri patuerit, instant, satagunt, ambiunt, vt de omnibus hoc credatur.

Eundem abusum non immeritò deplorat S. Bonaventura. Quia si boni Angeli nihil perdiderunt, licet Lucifer cum sua factione contra Deum insurrexerit: Si omnes falsi Prophetæ Baal, quantum magno numero, sufficientes non fuerunt, vt virtus & zelus Prophetæ Eliæ deficeret: si proditio & malitia Iudæ nullius præiudicij fuit obedientiæ & fidelitatis aliorum Apostolorum: si hæresis Nicolai Patris Nicolaitarum nõ obscurare potuit gloriam S. Stephani Protomartyris, neque virtutem & sanctitatem aliorum Diaconorum suorum Sociorum; existimandum nullo modo est, propter exiguum Religiosorum numerum, qui officio suo defunt, non esse in sanctis Religionibus copiosum virtuosorum numerum, qui sua doctrina mundum illuminant, suaque doctrina incendunt. Pro vno qui cecidit, infiniti boni permanent, eorumque exemplo qui abduci se passi sunt, de sua perditione curam habent.

S. Au.

*Quest. 16.**Imp. reg. S.**Franc.**3. Reg. 18.*



*In Psal. 99.*

S. Augustinus inquit: Inuenis sanctimoniales indisciplinatas. Nunquid ideo sanctimonium reprehendendum est? sed nunquid propter Virgines malas damnaturi sumus & sanctas, & corpore, & spiritu? Aut propter istas laudabiles, etiam illas improbandas laudare cogemur?

*In Psal. 132.*

Et alibi: Tam sunt enim Monachi falsi, quam & Clerici falsi, & fideles falsi. Omnia ista tria genera, Fratres mei, quae aliquando vobis commendauimus, habent bonos suos, habent malos suos. S. Hieronymus Heluidio Haeretico, qui virgines quasdam tabernas frequentare aiebat, in hunc modum scribit: Ego tibi plus dico, esse in his & adulteras. Nunquid virginitatis est culpa, si simulator virginitatis in crimine est? Ex supradictis manifestè concluditur, quod etsi magna ubique Luporum sit frequentia, frequentior tamen & maior sit Ouium caterua: neque ideo (vt D. inquit Augustinus) debent Oues odisse vestimentum suum, quod plerunque illo se Lupi occultant.

## CAPVT XVII.

**CVR DEVS SVPRADICTAS**

*vel similes fallacias & fraudulentas  
seductiones permittat.*

**C**apite ab hoc secundo declaratumus & deteximus mirabiles & au-

tificioſas quorundam hominum tech-  
 nas, & fraudes. cur autem Deus iſtas aut  
 ſimiles fallacias & deceptiones permit-  
 tat ac toleret, aut quem ex illis fructum  
 percipere poſſimus, breuiter preſenti hoc  
 capite perſtringemus. Primò itaq; Deus  
 ex ſupradictis alijsque ſimilibus technis,  
 fallacijs, & fraudulentis ſeductionibus e-  
 licit, non tantum pœnam & correctione-  
 nem perſonarum miſerrimè deceptarum;  
 verumetiam diuinæ iuſtitiaæ ſuaæ gloriã  
 & manifeſtationem, quia plerunque te-  
 merarij, ſuperbi, tumidi, arrogantes, &  
 ſeipſos, qui ſcilicet aut quales ſint, igno-  
 rantes, errores tales & fraudes incurere  
 ſolent, dum nimirum perſuadentes ſibi  
 maioribus ſe virtutibus præditos, quàm  
 reuera ſint, aut certè illas quas habent a-  
 nimi dotes, non tam à Deo auctore ſeu  
 fonte omnis boni, quàm à ſeipſis proce-  
 dere opinantes, nullas pro iſdem Deo  
 gratias agunt. Vnde accidit, vt tumore  
 & ſaſtu repleti, deſiderèt videri optimi,  
 qui in veritate ſunt peſſimi, & excogi-  
 tent aſtus quosdam mirabiles, quatenus  
 ab imperitis & vulgi hominibus ſanctiſ-  
 ſimi cenſeantur. Quos Deus non alia de  
 cauſa extolli patitur, & exaltari, quàm  
 vt maiori cum dedecore poſtmodum la-  
 bantur: & occulta eorum ſuperbia & in-

Q

ordi-

## Cap. II.

ordinati appetitus per publicam confessionem & ignominiam puniantur: quia, vt inquit Sapiens, per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.

Nec solum hac ratione iustitiam, sed & misericordiam suam Deus declarat, quando nimirum per casus insperatos, & subitam atque inopinatam afflictionem, miserorum oculos per peccata occlusos referat, & spirituale eis lumen impertitur, vt se ipsos intrinsecus agnoscentes, transactæ vitæ statum deplorent, iamque interius renouati fortiores resurgant, non vt per aëra volantes, inanis gloriæ, & vani honoris ventum sorteant, sed per angustas semitas virtutis incedentes, oculos tantummodo in Deum conijciant, qui vt superbis resistit, ita humilibus dat gratiam. Quemadmodum enim sapiens Medicus, dum nec languorem seu dolorē infirmi perfectè curat, nec malos aut noxios humores omnino tollere & coërcere potest, ad extrahendos ac depellendos illos, cristas adhibere consuevit, quò tanto facilius ægroto medeatur: sic Deus ad curandos elatos & rebelles quorundam animos, permittit eos nonnunquam in grauissima & enormia a publica incidere delicta, quatenus se ipsos recognoscetes & humiliates, per  
lap.

lapsus & tribulationes exteriores, pestiferos animi humores tollant. S. Gregor. *In suis mō*  
inquit: Quid aliud est virtus quàm medi-  
cinalib.

cina? & quid vitiū nisi vulnus? cum itaq;  
nos ex medicina faciamus vulnera, De-  
us contrā ex vulneribus conficit medi-  
camenta, vt quando cum virtute corru-  
erimus, per vitium releuemur. Hinc ait

D. Augustinus: Audeo dicere, super-  
bis esse vtile, cadere in aliquod apertum,  
manifestumque peccatum, vnde sibi di-  
spliceant, qui iam sibi placendo cecide-  
rant. Salubrius enim Petrus sibi displicu-  
it, quando fleuit, quàm sibi placuit, quā-  
do præsumpsit. Hoc dicit & sacer Psal-  
mus: *Imple facies eorum ignominia,*

*quærent nomen tuum Domine,* id est, vt tu  
eis placeas, quærentibus nomen tuum,  
qui sibi placuerant quærendo suum. I-  
dem asserit S. Isidorus dicens: Sæpè ar-  
rogantibus est vtile derelinqui à Deo,  
vt agnoscentes infirmitatem suam, post  
casum se humiliant. Præterea hoc medio  
manifestat nobis Deus fragilitatē & mi-  
seriā humanæ naturæ, ostenditq; maxi-  
mam hominum multitudinē per exteri-  
orem potius reiū apparentiā, quàm per  
veram earū naturam & substantiam gu-  
bernari, quandoquidem vulnera & si-  
gna externa in aliquibus apparentia,

*De civ. Dei*  
*lib. 14. c. 13.*  
*Lib. 3 de su-*  
*pre. bono.*

*Matth. 26.*  
*Psal. 52.*

Q 2

tanti

tanti facimus, cum tamen veras ac solidas quorundam seruatorum Dei virtutes, humilitate & modestia operas, parvipendamus.

Quin & aliam in se complectitur utilitatem: indicat enim, quæ & qualis inter signa externa, & interna Dei donasit differentia, eò quod exteriora illa (vix quotidiana docet experientia) non nunquam falsa, & fraudulenta; virtutes verò & interiores animi dotes, non nisi certæ & infallibiles esse possint. Et licet signis illis externis nulla inesset fallacia, sed verissima solidæ virtutis, & diuinæ gratiæ forent indicia, eius inquam gratiæ, quæ adhæret omnibus dona illa possidentibus; nequaquam tamen animam, sicuti virtus & Dei gratia, sanctificare possent. ideoque pluris illud æstimandum, quod per se sanctificat, & sanctitatem causat, quàm quod eandem solummodò signat & demonstrat. Quantumvis enim (ait S. Gregorius) miracula certissima, & prorsus infallibilia forent; nõ tamen idcirco sanctior est, qui ea operatur: multi namque miracula perpetuarunt, qui modò gehennæ ignibus exuruntur.

Et st. 38.

Quamobrem cum tanti exteriora illa æstimemus, & admiremur ac reueremur

mur

mur omnes signis externis fortasse falsis  
 dotatos: cur non veram ac solidam vir-  
 tutem maioris faceremus? cur non igni-  
 tam charitatem, & syncerum Dei & pro-  
 ximi amorem, profundam humilitatē,  
 insuperabilem patientiam, laudabilem  
 mansuetudinem, sui ipsius, & omnium  
 caducarum rerum contemptum, feruen-  
 tem honoris & gloriæ Dei zelum, assi-  
 duam & studiosam orationis perseue-  
 rantiam, continuam & seueram appeti-  
 tum mortificationem, denique omnes  
 alias virtutes, verum Christianum pro-  
 priè concernentes, & diuinæ Maiestatis  
 templum seu habitaculum efficientes,  
 deprædicaremus?

Hoc ipsum docere ac persuadere no-  
 bis Deus nititur, pariterque refrenare  
 studet nimiam quorundam leuitatem,  
 qui diuersis in locis crudelissimè vulne-  
 rati apparentes, alios scandalizauère; ita  
 vt Mulieres quædam religiosæ habitæ,  
 re ipsa tamen dissolutæ, maximo vulne-  
 rum istorum desiderio tenerentur, & si-  
 bi ipsi, si non externa, interiora saltem  
 iam se penitus affecutas persuaderent,  
 adeo vt nonnullæ earundem vestigijs  
 inhærentes, non absimilem vulnerum  
 repræsentationem exhiberent: Dolen-  
 dum profectò & miserendum tantam

Q 3

hoc

hoc calamitoso tempore, in præcipuis Hispaniæ ciuitatibus Fœminarum multitudinem prodijisse, quæ per vanas & excogitatas reuelationes, per falsa quoque signa, miracula, portenta, & ficta vulnera populum inescatum ita commouerunt ac deceperunt, vt easdem peculiari & extraordinaria quadam à Deo gratia dotatas, diuinas reuelationes, pariterque Spiritum sanctum habere omninò existimauerint.

Quamuis autem Deus singularem Ecclesiæ suæ curam gerat, & electos suos intimè diligat, nihilominus tamen supradictas ob causas, homines istos libi permisit, vt nimirum casus eorum manifestatus puniretur, & cæteri poena & exemplo ipsorum edocti appetitus suos refrenarent, & veram sanctitatē in eo, in quo est, loco quærerent & inuestigarēt, non autem in rebus istis incertis & apparentibus, quibus non nisi fallacia, & maximum inest periculum.

Præter utilitates iam commoratas, superest & aliud quoddā, haud paruum & exiguū commodum: ostenditur quippe omnia falsa, excogitata, & artificiosa quadā simulatione cooperta, diu durare & subsistere non posse. neque enim ars vlla tam subtilis, nec fraus aut deceptio aliqua

qua tam ingeniosa est, quæ non in fine fucum prodat, & detecta ac manifestata puniatur: quod autem verum & solidum est, id ipsum altas & sanas habet radices, & immarcessibiles profert fructus. Argumentum hoc firmum & stabile est, ad distinguendum & separandum verum à falso, & probandum non omnes apparitiones & reuelationes falsas & excogitatas esse, quemadmodum Hæretici & nonnulli impij Christiani affirmant, qui omnia quæcunq; singulari cuidam pietati, supernaturali lumini, & extraordinario cuiusdam radio, & cælesti gratiæ assimilari, aut certè aliquam cum eis similitudinem & communitatem habere videntur, reiiciunt & contemnunt, existimantes omnia esse commenta, eò quod vnus aliquis per illa deceptus sit.

Verum enim uerò, prudentes & discretiores, non tam facile aut temerè de talibus rebus decernunt ac iudicant, sed pretiosum à vili, vtile ab inutili, veritatem à mendacio, denique gratiam Dei à vana imaginatione, & falsa inuentione segregare solent: quin & veram quandam inter diuina illa & admiranda vulnera, non tantum corpori S. Francisci Minoritarum Patriarchæ, per quæ viua imago DOMINI ac Saluatoris nostri



Iesu Christi crucifixi effectus est, sed etiam alijs quibusdam Sanctis, diuinitus impressa: & inter ficta & excogitata aliarum nostræ ætatis Muliercularum vulnera nôrunt differentiam. nam isti veram, illæ contra falsam adiunctam habebant sanctitatem: isti impressa sibi vulnera abscondebant, illæ effecta ostentabant: isti in Catholica Ecclesia & apud grauissimos viros, & fideles Dei famulos, mira & inaudita sanctitate sua claruerunt, illæ redargutæ & publicè ab eiusdem Ecclesiæ ministris flagellatæ sunt: illi denique tanquam maturi quidam fructus constantes permanserunt, hæ verò quasi flores pulcherrimi apparentes, arefactæ sunt, & instar fumi euauerunt.

Postremò supradictis alijsque similibus casibus docemur & erudimur, à quibus nobis cauere debeamus, & quid agendum, omittendumue sit, vt aliquem ex alterius damno fructum & vtilitatem percipiamus, quemadmodum sequenti capitulo declarabimus.

## CAPVT XVIII.

*QV*ID NOBIS FACIENDVM SIT,  
dum similes tribulationes Deus  
permiserit.

Multum

**M**ultum profectò conducit & refert scire, quid faciendum, quidue intermittendum sit, vt securi tales illusiones, fallacias & falsitates euadamus: erremus enim, qualiter aut quocunque modo voluerimus, error tamen maximus & periculosissimus est. Nam si spiritum Dei Sathanæ spiritum arbitramur, blasphemiam horrendam committimus, & impijs Pharisæis assimilamur, qui miracula, quæ Dei Filius per virtutē Spiritus sancti operabatur, Dæmonio attribuebant dicentes: *In Beelzebub principe Dæmoniorum eijcit demonia.* Quod si contrà ex vana & temeraria quadam superstitione, vt instinctum & Dei gratiã statim falsam aliquam hominum inuentionem, & diabolicam fraudem censemus, certè veritatis lumen fugientes mendacij & errorum tenebras sectamur, omissoque & reprobato Christo, Dæmonio seu Belial adheremus. Vtrinque maximum imminet periculum; vel enim Deus censetur Diabolus, vel contrà Diabolus reputatur Deus.

Ne ergò in re tanti momenti hallucinemur, paucis indicabimus, quid illis facere incumbat, quibus non conuenit talia perscrutari, vtpote sæcularibus vniuersis, quos rerum spiritualium non de-

Q

cet

Luce II.

cet esse Iudices, multo minus disceptatores: præterea qualiter illa examinare debeant, qui ratione officij & professionis suæ tenentur & obligantur indagare, conseruare, & defendere veritatem.

Duo potissimum hominibus plebeis facienda sunt. Primò certò scire debent, quidnam propriè reuelationes istæ & vulnera sint, & qualia reputari debeant, quia sæpè, vti iam suprà dictum est, tantummodò apparentia sunt & fraudulenta; & licet verissima forent, non tamen idè aut sanctior ille, qui habet, aut deterior iste, qui caret, etiamsi aliquando indicia sint, & argumenta sanctitatis.

Quantumuis enim Beatus Franciscus, vita & vulneribus suis admirabilis fuerit, nequaquam tamen idcirco omnibus alijs Sæctis stigmata & vulnera Christi in corporibus suis non habentibus, præferendus, aut sanctior affirmandus, quia & SS. Apostoli, & sanctissima atq; suprema cæli Regina, Dømina nostra, iisdem caruerunt.

Deinde non facilè se à quoquam commoueri aut seduci patiantur, sed firmi ac stabiles in fide perseverantes, non omnia, quæ dicuntur, vera esse credant. Nam si vera fuerint, tempus ea paulatim

docebit, & approbabit: sin autem falsa,  
 subitò euanescent. Hinc ait Sanctus Io-  
 annes: *Nolite omni spiritui credere, sed* *1. Ioan. 4.*  
*probate spiritus si ex Deo sint: quoniam*  
*multi Pseudoprophetae exierunt in mun-*  
*dum. Et ipse Satanas transfiguratur se in an-* *2. Cor. 11.*  
*gelum lucis, inquit Apostolus Paulus.*  
 Ad probandum hos Spiritus, Deus in Ec-  
 clesia sua Doctores & Iudices constituit,  
 & ordinauit; quapropter aliquantisper  
 remoremur ac subsistamus, vsque dum  
 iidem Doctores & Iudices qualitatem i-  
 storum Spirituum nobis indicent, & de-  
 clarent, virum purum & probatum au-  
 rum sit, nec ne: difficiliore etiam simus  
 ad credendum, ne scilicet Spiritum Dei  
 æstimemus, quem talem esse, non certò  
 constat.

Quocirca in hoc casu prudentiores &  
 cautiore simus necesse est, quando qui-  
 dem hoc nostro infelici sæculo plurimi  
 prodierunt seductores, qui non solum i-  
 gnauos quosque & otio torpentes dece-  
 perunt; verum etiam multos clarissimos,  
 doctissimos, & religiosissimos viros in-  
 escârunt, qui cum fideles essent famuli,  
 & familiares Dei amici, deuotione, pie-  
 tate, & bono ac feruenti zelo repleti,  
 credebant omnia, quæcunque ipso-  
 rum excitare deuotionem, augere

Q 6

picta-

pietatem, & Dei gloriam in eius Ecclesia  
amplificare videbantur: ita vt quasi San-  
cti, fidem illi adhibuerint, quòd sanctita-  
tis speciem præ se ferebat. Nihil enim fa-  
cilius, quàm probum aliquem defrauda-  
re aut decipere, eò quòd bonitate & æ-  
quitate sua impediatur, quò minus ali-  
quid mali de aliorum incognitorum ho-  
minum technis, & versutijs suspicetur.  
Sanctorum namque & perfectorum pro-  
prium est, facile bonum credere, non au-  
tem ilicò, aut temerè malum de alijs su-  
spicari, quemadmodum de S. Francisco,  
Thoma Aquinate, alijsque Sanctis gra-  
uissimorum quorūdam Authorum scri-  
pta testantur.

Et hæc facient, quicumque talium vul-  
nerum & extraordinarij fauoris & gratiæ  
Dei examinatores & Iudices non sunt  
constituti, donec veritas publicetur, ac  
confirmetur ab illis, quos Deus ad hoc  
in Ecclesia sua constituit, & ordinauit.  
Postquam verò ipsi officio suo satisfecerint,  
iudicio eorum firmiter insistendum  
erit: vnde si reuelationes, prophetias,  
vulnera, miracula & portenta, aliaque si-  
milia examinata approbauerint, & stabi-  
licerint, continuò diuinam laudabimus  
& extollemus clementiam, quòd tantā  
Fratribus nostris gratiam prestare digna-

ta sit ad Ecclesiæ salutem & prosperitatem : si verò contrà eadem falsa & excogitata iudicauerint, & condemnauerint, & personas iam antea sanctissimas reputatas, ex Angelorum numero corruisse, & inter maximos & supremos peccatores recenferi cognouerimus ; nemo propterea scandalizetur, aut nimium inopinatum earum casum admiretur & obstupescat, sed fragilitati potius & miserie humanæ ascribamus, eò quòd nihil in hac vita certi reperiatur. Consideremus etiam ac perpendamus, homines illos eiusdem nobiscum esse materiæ & naturæ, nec minus in peccatis conceptos, & inclinationibus malis subiectos ac deditos esse, aut protoparentis Adami filios recenferi, quàm nos ; ita, vt alieno periculo & casu cautiore effecti, nobis ipsis diffidamus, timentes ac formidantes, ne & nos in tantas prolabamur calamitates, quia cum iisdem hostibus nobis dimicandum & congregiendum, cum quibus & illi congressi sunt, nec maiores vires, nec meliora ad præliandum arma habemus, quàm illi habuerunt.

Vnusquisque nostrum qui nunquam ceciderit, vel à veritatis tramite aberrauerit, certò sciat, id ipsum non ex propria virtute, sed de infinita Dei misericordia

Q 7

proce-

procedere, qui cum præuenit, & benedictionibus dulcedinis & gratiæ suæ, à lapsu, & à cunctis imminentibus malis, præseruauit. Nec solum ante ipsum, cui rationem redditurus est omnium gratiarum & donorum perceptorum, se humiliet, sed etiam certò sibi persuadeat, vniuersa mala & incommoda proximi, seruire sibi in bonum: etenim & ipse lapsus, easdam aduersitates & miseras incurrisset, nisi singulari Dei gratia conseruatus fuisset. Nam (sicut ait D. Augustinus) quilibet hominum in peccata & vitia illa incidere potest, in quæ alius corruit, nisi diuini auxiliij dextera sustentetur. S. item Bernardus inquit: Caue alienæ conuersationis esse aut curiosus explorator, aut temerarius Iudex. Etiam si perperam actum quid deprehendas, nec sic iudices proximum, magis autem excusa. Excusa intentionem, si opus non potes: puta ignorantiam, puta subreptionem, puta casum. Quod si omnem omnino dissimulationem rei certitudo recusat, suade nihilominus ipse tibi, & dicito apud te ipsum: Vehemens fuit nimis tentatio. Quid de me illa fecisset, si accepisset in me similiter potestatem? Hæc ipsa D. Bernardi verba sunt.

*Serm. 41.  
Super Cant.*

*Simi-*

Similem planè charitatis & commiserationis affectum & nos erga fratrem iam lapsum & in peccatis hærentem gerere, & proximo compati, oportet, non tam propter miseriam eius & aduersitatem; quàm quòd per illam imago Dei ita deformetur, vt, qui vas erat honoris, efficiatur vas confusionis, & Spiritus sancti templum in speluncam conuertatur latronum, & qui reliquorum Dux, & specimen videbatur virtutis, fiat lapis offensionis & petra scandali, debilibus potissimum, & arduam virtutis viam recenter ingressis. Prudentia & cautela ex propria cognitione nascitur, dum nimirum cognoscimus omnes ex vna eademque materia & metallo esse constatos.

Ne verò aliqui in virtutis itinere deficiant, ad immensam & innumerabilem fortissimorum militum DEI, in Ecclesia degentium multitudinem oculos suos conuertant, illosque assidue contemplantur, qui die ac nocte tanquam insignes, egregij, & inuicti bellatores, contra vniuersas inferni vires strenuissimè pugnant, vt vel sic de peccato, ac de seipsis quandoque

victi-



viatores triumphent. Etenim exempla ista plus valent ad quempiam excitandū & corroborandum, quā vel timidorum & ignauorum militum inertia, vel quōrundam fortiter quidem in principio decertantium, at postmodum armaturpiter proiicientium casus, ad debilitandum.

## CAPVT XIX.

*QV ID AGERE DEBEANT HI, quos Deus in Ecclesia sua constituit, ad indagandam istorum vel similitum casuum veritatem.*

**D**E his, quibus ex officio non incumbit inuestigare veritatem, supradicta sufficiant. Quod autem illos attinet, qui sapientia & doctrina repleti, tanquam Pastores & Magistri ad hoc tenentur & obligati sunt: ipsis ego non temerè aut præsumptuosè, sed quasi obediens discipulus, & ouicula simplex, regulam quandam præscribam, iuxta quam se, suaque omnia disponant, & qualiter casus istos inter se dignoscant, paucis indicabo. Verum, vt tractatus hic noster ex omni parte perfectus & absolutus sit, admonitiones aliquas ex grauissimorū & præclarissimorum quorundam Authorum libris desumptas, breuiter introdu-

troducemus. Ante omnia igitur Iudex  
 seu Pastor talis à Deo constitutus, stude-  
 at profiteri & exercere humilitatem.  
 Nam de seipso si quicquam præsumpse-  
 rit, & dona sibi desuper coiceffa vanè &  
 arroganter publicauerit, aut propter illa  
 singularis quispiam videri ac reputari de-  
 siderauerit, profectò periculo se exponit,  
 vt à Dæmone seducatur, & reuera sedu-  
 ctus & deceptus censeatur. Cum Deus  
 mittere vellet Moysen ad Pharaonem, *Exodi 3. &*  
 vt educeret filios Israël de Aegypto, ipse *4. cap.*  
 indignum se existimans, qui tali legatio-  
 ne fungeretur, respondit & dixit: *Quis*  
*sum ego vt vadam ad Pharaonem, & edu-*  
*cum filios Israël de Aegypto? Obsecro Do-*  
*minus, mite quem missurus es.* Jeremias  
 Propheta ad prædicandum à Domino  
 missus, respondit: *A, a, a, Domine Deus: Cap. 1.*  
*ecce nescio loqui, quia puer ego sum.* San-  
 ctus Ioannes Baptista Christum Domi-  
 num, à Galilæa in Iordanem ad Bap-  
 tismum suum venientem, prohibebat, di-  
 cens: *Ego à te debeo baptizari, & tu venis Matth. 3.*  
*ad me?* Diuus Paulus, vas electionis, sei-  
 psium peccatorem maximum confite-  
 tur, dum ait: *Ego sum minimus Apostolo 1. Corint. 15.*  
*rum; qui non sum dignus vocari. Apostolus,*  
*quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. Lib. 10. Cōf.*  
 Sanctus Augustinus gratias agit Deo, *cap. 36.*  
 quod

*De profect.  
Relig. Cap.  
19. & 20.*

quod se liberauerit à tentatione expectèd  
ab illo miracula, simulque ipsum humili  
liter deprecatur, quatenus eandem prob  
cul semper à se repellat. S. Bonauentura  
refert, quosdā in diuersos & graues erro  
res incurrisse, in pœnam & ultionem, ad  
quod desiderârunt & expectierint, quæ  
fugienda, & oratione, ieiunio, pœnitentia,  
& carnis maceratione à nobis auer  
tenda sunt. Ioannes Gerson duos de hac  
materia tractatus conscripsit, in quibus  
plurima recenset exempla rerum sub  
tempore contingentium, ad confirmandam  
& stabiliendam hanc veritatem. S.  
Vincentius Ferrariensis, Dionysius Car  
thusianus, & qui maioris sunt ponderis,  
S. Ambrosius, & Seuerus Sulpitius eius  
dem sunt sententiæ, eandemque affir  
mant & astruunt doctrinam.

S. Catharina Senensis cum primum  
per visiones, & reuelationes singulares,  
& extraordinarias à Deo visitaretur, in  
gentem concepit timorem & suspicio  
nem: metuebat enim ac suspicabatur, ne  
fortè illusiones & figmenta essent Sata  
næ; quam etiam suspensionem & sanctum  
timorem suum Domino & Creatori no  
stro in tantum placuisse asseuerabat, vt  
non immeritò illum cuilibet viatori, &  
huius

& huius vitæ incolæ commendandum fore arbitremur.

Legimus Diabolū sanctū cuidā Patri *Palladius*  
in specie & figura Christi apparētē, dixit *in Lausiac.*  
se: venio ad te, vt me præsentem adores.  
Verū ipse prudenter respondens: At-  
tende, inquit, ad quem missus sis: non e-  
nim ego dignus sum in hac vita videre  
Christum; sicque Diabolus, per humili-  
tatem istius sancti deuictus, dispa-  
ruit.

De alio quodam sancto legimus,  
quòd, cum similem pateretur ac sustine-  
ret illusionem, oculos suos clausit, di-  
cens: Non videbo Christum in hac vita,  
sed rogabo, vt merear ipsum videre in fu-  
tura gloria, & hac ratione Satanus dece-  
ptus, aufugit.

S. Martinus malignum spiritum sibi  
in forma & similitudine Domini & Sal-  
uatoris nostri apparentem, continuò Sa-  
tanam esse cognouit, eo quòd cum in-  
genti apparatu & pompa, non autem cū  
modestia, mansuetudine, & humilitate  
aduentaret, quæ iustum & verum mone-  
te pondus, & signum certissimum est o-  
perum Dei, qui diligit humiles & seipsū  
communicat pusillis. Nam sicut per su-  
perbiam quis meretur seduci; ita è cōtra-  
rio per humilitatem (iuxta responsa

*S. Au.*

S. Anthonio ab Angelo data) omnes tē-  
rationum laquei, & vniuersa Diaboli  
machinamenta à quocunq̄ eueri pos-  
sunt & euitari. ideoq̄ Psalmista dicit:  
*Custodiens paruulos Dominus : humiliatus  
sum, & liberauit me.*

*Psal. 114.*

Quamobrem si in illo, qui se peculiari  
& extraordinaria gratia à Deo dotatum  
profitetur, leuitatem, præsumptionem,  
vel arrogantiam aliquam notauerimus,  
falsa prorsus & fraudulenta omnia eius  
opera æstimemus.

Deinde & hoc certum falsitatis & fal-  
laciæ signum & indicium est, si quando  
singularia diuinitus sibi concessa dona  
facile reuelet, ac de iisdem se temerè ia-  
ctet. Etenim verè humilis, quo plura à  
Deo gratiarum dona percipit, eò magis  
humiliatur, confunditur, & erubescit, &  
reuelata sibi secreta tenet, nec ea cuiquā,  
nisi Prælati & Magistris suis, manife-  
stat, quorum fidei cuncta committit.

Quisquis verò accuratiùs scire deside-  
rat quàm modestè, cautè, & timide hac  
in re progrediendum sit, is S. Francisci  
Seraphici Confessoris vitam, à S. Bona-  
uentura diligenter conscriptam, legat,  
& certè inueniet qua ratione, aut quo  
modo Patriarcha iste Minorum sanctif-  
mus, sacra vulnera corpori suo impressa  
occul-

occultauerit, quali, inquam, ac quanta cura & diligentia obduxerit manus, & operuerit pedes, ne detegeret ac reuelaret carbunculos illos pretiosissimos, quibus corpus eius à Domino exornatū & condecoratum refulgebat.

De S. Catharina Senense, scribunt S. *Parte 3. tit. 23. cap. 14. In eius vita lib. 2. ca. 6.*  
 Antonius Archiepiscopus Florentinus, & Pater Raymundus de Capua Confessorius eius, & postmodum Generalis ordinis Prædicatorum constitutus, quod, dum quadam vice in oratione posita esset, apparuerit ipsi sponsus eius dulcissimus, quinque vulneribus insignitus, & quasi eidem illa impressurus: sed cum timeret ne propter signa ista externa, & visibilia vulnera, honore aliquo à populo afficeretur, suppliciter Deum exorauit, ne ea corpori suo, sed animæ potius imprimere dignaretur, vt perfectè acerbissimos Dominicæ passionis dolores sentire, & experiri, & vnicum animæ suæ desiderium incomparabili diuinæ dulcedinis fructu explere posset.

Est & aliud veritatis argumentum, vtpotè patientia vel impatientia, & iracundia, qui se dona ista extraordinaria habere & possidere iactant. Quia sicut aurum sine damno aliquo vel detrimento transit & purificatur per ignem: ita per-

per-

perfectus Dei famulus ab omni labe munda-  
datur & probatur per aduersitatem &  
contradictionem. Hinc Sapiens inquit  
*Doctrina viri per patientiam noscitur* Bo-  
num namque & certum veritatis indi-  
cium est, si is, qui se talem à Deo gratiam  
consecutum profiteretur, despectus, con-  
temptus, & opprobrijs saturatus à reli-  
quis, patienter omnia sufferat, nec illarū  
sibi vlciscatur iniuriam, aut minus beni-  
gnè & amicè cum persecutoribus & cō-  
tradictoribus suis conuerfetur, sed con-  
uersus ad Dominum, eundem depre-  
cetur, quatenus ipse veritatem manifesta-  
re ac reuelare dignetur.

Hac patientia, tanquam fortissimo  
clypeo, SS. Prophetæ seipfos contra om-  
nes huius vitæ calamitates & iniurias  
munierunt. ideoque sanctus Iacobus ad  
eandem nos exhortans, ait: *Exemplum ac-  
cipite Fratres laboris & patientiæ, Prophetarū  
quæ locuti sunt in nomine Domini.*

Et licet indicium illud non omnino  
certū & infallibile sit, eò quòd nonnulli  
reperiantur qui artificiosa quadam cal-  
liditate, & falsa ac ficta patientia sciant  
animi sui reticere, sufferre, & dissimula-  
re sententiam: nihilominus ramen  
verissimum est, ab ipso, qui omnis plane  
cx.

PROV. 19.

Cap. 5.

LIBER SECVNDVS. 383

expers patientiæ cōtinuò iracundia accensus & inflammatus minatur & insultat omnibus cōtradicientibus sibi & credere nolentibus, procul abesse & recessisse Spiritum sanctum.

Quartum veræ monetæ signum, color est, nec ipse contemnendus, aut minus diligenter considerandus. Etsi enim non omne, quod splendet vel rutilat, aurum censendum sit; reuera tamen id ipsum, quod non micat, aut fulgorem aliquem emittit, nec aurum est, nec auri speciem habet. Vt autem colorem hunc verè cognoscamus, & à reliquis discernamus, necessariò effectus & fructus ex similibus gratiarum & fauoris Dei, qui cuncta ad vtilitatem, profectum, & commodum Ecclesie suæ dirigit, donis procedentes examinandi sunt. ac propterea D. Paulus, priusquam in particulari dona sanctæ Ecclesie à DEO communicata & distributa enumeraret, præmisit & dixit: *Vnicuique autem datur manifestatio Spiritus ad vtilitatem.* 1. Cor. 12.

Itaq; si vitæ emēdatio, morū cōuersio,  
& Reip. reformatio eadem subsequatur  
fue-



Isa. 48.

fuerit, profectò indicia bona sunt, & cau-  
 sæ vt à Deo prouenire credamus quæ  
 dicuntur: at si curiosa, vana & inanis a-  
 liqua occupatio in eis apparuerit, nequa  
 quam diuina esse credenda sunt. Etenim  
 si vir prudens & sanctus, otiosa non pro-  
 fert aut loquitur verba, nec quicquam  
 inutile operatur; quantò minus id ipsum  
 faciet Sanctus ille Sanctorum, qui de se  
 ipso ait: *Ego Dominus Deus tuus docens te  
 vilia, gubernans te in via qua ambulas.* Et  
 cum ipse illos instruat, idcirco etiam in  
 eis exercendis plus laborat, nec aliqua  
 extraordinaria operatur absque singula-  
 ri commodo & necessitate. Quod autè  
 commodum illud attinet & concernit,  
 certè non tantùm perpendendi effectus,  
 quos supra dicta dona in populo opera-  
 tur; verum etiam isti diligenter conside-  
 randi & attendendi sunt, qui ex conuer-  
 satione illius, qui tales à Deo gratias co-  
 secutus est, in eis producuntur, quibus  
 cum communicat & conuersatur; vñ  
 scilicet vtilitatem vel fructum aliquem  
 ex ipsius spiritu percipiamus, vtrum de-  
 uotio quædam ab illo in nos procedat,  
 an castiores & humiliores efficiamur,  
 an denique in pietate, mortificatione,  
 modestia, cæterisque virtutibus ex ipsi-  
 us communicatione perfectiores eua-  
 damus.

damus. Qualiter enim is cui aliquid odoriferum tangit, eiusdem retinet odorem: taliter quoque ille, qui cum vero & sincero Dei famulo supernaturali lumine coruscante, & sancto prophetice Spiritu nobilitato conuersatur, aliquem diuini istius Spiritus gustum retinet & odorem.

Restant adhuc alia quædam signa intrinseca & certiora, generata scilicet & producta ex effectibus quos operantur in animis eorum qui illa habent ac possident; ex quibus haud difficile colligere est, vtrum à bono an malo spiritu procedant, qualia sunt lux vel tenebræ, pax vel discordia, interna dulcedo vel amaritudo, consolatio vel derelictio, cognitio & sui ipsius odium & contemptio, vel superbia, arrogantia & præsumptio, denique vis & animi que dam fortitudo ad exercenda quælibet, quantumuis ardua & difficilia, virtutis opera, aut certè languor spiritus & defectio, aliaque similia signa, quæ vt intrinsecus in animo occultata & abscondita sunt; ita nec facile, nec perfecte, præterquã ab expertis, cognosci & discerni possunt.

S. Catharina Senensis à Christo Domino edocta, asserit, reuelationes diuinas primò quidem timorem & admirationem

R

ratio-

rationem ingerere, post modum verò securitatem & confidentiam dare: contra Diaboli manifestationes, consolationē & gaudium in principio, ac deinceps timorem incutere & horrorem. Visitationes Dei, quia diuini luminis radij sunt, illuminant animam, & efficiunt, vt nosmetipsos confundentes, & humiliantes, veneremur, reueremur, colamus & cognoscamus Deum: at Diaboli vel maligni spiritus reuelationes, quia tenebrae sunt à mendacij Patre procedentes, obnubilant animam, & inanes tantum & vanas reputationes & præsumptiones causant. S. Bonaventura inquit: Si visionibus & reuelationibus non solum consolatio & interior animi delectatio, sed etiam exterior quaedam sensibilis & corporalis inest dulcedo, qua caro recreata delectetur & commoueatur, certum est, visiones istas à Deo non procedere, qui non alia de causa animam visitare solet, quam vt eam corroboratam excitet ad resistendum, & fortiter, cum aduersus omne genus vitiorum, tum vel maxime contra libidinem & impudicitiam, pugnandum.

QV ID POTISSIMVM IN IL-  
 lis notandum & obseruandum sit, qui  
 se Prophetas iactant.

**O**Mnia hucusque à nobis comme-  
 morata, diligenter in illis consi-  
 deranda, examinanda & perscrutanda  
 sunt, qui vel extra se rapiuntur, vel vul-  
 nera, aut alia eximia & singularia grati-  
 arum dona à Deo consecuti sunt: si autē  
 visiones & reuelationes habentes,  
 Deumque sibi locutum, ac de se que-  
 dam annunciari præcepisse affirmantes,  
 Prophetæ & diuinæ voluntatis interpre-  
 tes censi voluerint (vti quosdam huius  
 nostri temporis nouimus, qui se Prophe-  
 tas dicentes, ab omnibus tales haberi  
 ac reputari voluerunt) ante omnia ver-  
 borum ab ipsis prolatorum veritas at-  
 tendenda est. Etenim si vel vnicum in e-  
 is mendacij & falsitatis signum apparue-  
 rit, nullatenus à Deo processerunt, ipse  
 siquidem suprema & æterna veritas est,  
 nec possibile, vt veritatis ac falsitatis spi-  
 ritus vel in minimo conueniant, qui  
 perpetuò sibi contrarij sunt. Falsitas to-  
 taliter essentiæ & diffinitioni Pro-  
 phetiæ repugnat & aduersatur:

R. 2 nam

nam sicut Prophetia cognitio, & lumen quoddam est per reuelationes supernaturales intellectui Prophetarum à Deo communicatum & infusum, & sicut impossibile, diuinam reuelationem, cognitionis & luminis istius causam, esse falsam: par ratione impossibile fore videtur, vt cognitio & lumen, prædictæ reuelationis effectus, falsum sit; quia similitudinem refert visionis, non secus ac Filius refert imaginem Genitoris.

Fieri quidem potest, vt mendacij spiritus quandoque verum dicat, quò nimirum facilius miseros mortales veritatis esca allectos, falsitatis hamo fraudulenter decipiat & seducat; similiter accidere potest, vt Pseudopropheta rem quandam prædicat, quæ postmodum eueniat, prout ipse euenturam prædixerat: sed argumentum hoc non ita firmum est, vt idcirco verus statim Propheta Dei reputandus sit, quemadmodum continuo falsus censetur, si mendacia protulerit, aut nonnulla euentura prædixerit, quæ incertum vel minus prosperum exitum sortiantur. fieri enim potest, vt id ipsum, quod iuxta prophetiam alicuius euenit, vel ab inimico & hoste maligno processerit, vel ingeniosè & singulari quadam indu-

stria

Atria effectum & excogitatum sit, aut cer-  
 tē fortuito & ex improviso contigerit. Si  
 verò vel mini ma quæque res prædicta  
 & prophetata exitū falsum sortita fue-  
 rit, certissimum signum est, eandem à  
 Deo non processisse: proprium nam que  
 inter verum & falsum Prophetam discrimen est, quòd iste semper, hic autem nū-  
 quam aut rarò veritatem dicat, quemad-  
 modum nos D. Ioānes Chrysostronus,  
 imò Deus ipse in Deuteronomio docet,  
 dicens: *Propheta qui arrogantia deprauatus  
 voluerit loqui in nomine meo, que ego non  
 præcepi illi ut diceret, aut ex nomine alie-  
 norum Deorū, interficietur. Quod si tacita co-  
 gitatione responderis. Quomodo possum in-  
 telligere verbum quòd Dominus non est lo-  
 cutus? hoc habebis signum. Quòd in nomine  
 Domini Propheta ille prædixit, & non a-  
 uenerit: hoc Dominus non est locutus, sed  
 per tumorem animi sui Propheta confinxit:  
 & idcirco non timebis eum.*

Homil. 19.  
 in' Matth.  
 Deut. 18.

Notandum etiam, tripliciter Deum ve-  
 ris Prophetis sua reuelare mysteria, vel  
 enim intellectum ipsorum illuminat, &  
 singularem atque intelligibilem eis cla-  
 ritate, aut certas & intelligibiles reue-  
 latarum rerum species communicat,  
 quod excellentissimum & perfectissimū  
 prophetiæ genus est: vel per visionem

R 3

ima-

imaginariam: vel certè per vocem, aut rem aliquam sensibilem, auditui vel visui eorum subiectam, mysteria sua reuelat. & hoc posterius prophetiæ genus infimum est.

Sciendum præterea, quòd etsi Satanas intellectum nostrum illuminare nequeat, nihilominus tamen & in imaginatione nostra sensibilibus rerum species præsentare, & permittente Deo voces formare, colores, corpora, & sensualitatis obiecta, veris coloribus, corporibus, & obiectis simillima, effingere & imitari possit. Quocirca Propheta qui se visionem imaginariam habere, vel vocem sibi loquentem audire dixerit, suspectus habendus, & prophetiæ illius veritas diligenter examinanda est, eò quod Diabolus quidem hominem ficta voce, & visione atque imaginatione falsa decipere, intellectum autem eius nequaquam valeat illuminare.

Nonnulli istarum & similibus rerum peritissimi, alia quædam indicant signa, reuelationes & instinctus, de quibus laici quidam se temerè iactitant, suspectos reddentia, quando nimirum aliquem tertium reprehendunt, & secretæ alicuius rei admonent, præsertim sacerdotè, Religiosum, Prælatū, vel aliū quempiam indigni-

dignitate positū, cui singularē respectum & reuerentiā debent. Neq; n. illud officij ac muneris sui est, per quod Ecclesiæ ordo confunditur & conturbatur.

Est & illud certum falsi Prophetæ signum, quando scilicet populum ad inobedientiam instigat, & ab obseruātia Superioribus omnibus, tam Ecclesiasticis quā Secularibus debita retrahit. nam Spiritus Dei nunquam sibi cōtrarius est, multò minus dissidia & scismata quærit, aut dissolutionem & falsam aliquam libertatem pollicetur.

Quin & hoc certissimū falsæ, excogitæ, & fraudulētæ prophetiæ indicium est, si nimirū ipse, qui se Prophetā iactat, opiniones & animi sui sentētiās Prælatorū & Superiorū a Deo in ecclesia constitutorū iudicio submittere nolit, adeoque lumen illud, quod in se est, perspicuū & clarum esse arbitretur, vt nullius egere approbatione, & suæ potius opinioni, q̄ vel præcepto, vel ordinationi Superiorū, in omnibus acquiescendū, audacter & constanter affirmare nō erubescat, quantumcūq; Episcopi, vel ipsius etiā Pontif. Max. sententiæ fuerit aduersata.

Signū hoc ita penitus infallibile est, vt per illud solū prophetia ista probetur &



conuincatur esse non tam reuelatio sancta, quàm delusio quædam diabolica. Etenim cum non certò nobis constet, reuelationem vel prophetiam istam à Deo processisse, idcirco non prius suscipere & acceptare tenemur, quàm de ipsa certiores efficiamur. Certiores autem reddimur, dum à Pastoribus & Doctoribus à Deo in Ecclesia ad probanda dubia, explananda difficilia, declaranda obscura, ad separandum item à tenebris lumē, & à veritate mendacium discernendum constitutis, approbatur. Ex quo sequitur, secundum iustam rationem, incertum quid per illud quod certū est, & contra, certum per incertum & dubium probandum esse & confirmandum.

Tempore Alexandri Sexti Pont. Max. fuit Florentiæ Religiosus quidam F. Hieronymus Sauonarola nominatus: hic cum plurimum in sacris literis & doctrina Christiana versatus, & eximia, vt videbatur, sanctitate præditus, multum ibidem boni præstitisset, tandem vanitate & superbia elatus, Prophetam se asseueravit, & falsis atque exogitatis reuelationibus & prophetijs suis Remp. regere & gubernare præsumens, magnæ seditionis causa fuit: quam vt Pontifex sedaret, concionandi munus ei inhibuit, cuius admo-

admonitioni & præceptioni cum acquiescere nollet, & Deo potius quam hominibus obediendum esse diceret, excommunicatus Romam accersitur; cum verò illa quoque contemneret ac derideret, postremò captus, & capitali prolata sententia, igne concrematus est. nec immeritò: non enim inobediens solum erat, verum etiam publicè profitebatur nequaquam se teneri & obligari ad obtemperandum Capiti Ecclesiæ, Vicario Domini nostri Iesu Christi, quandoquidem Christus ipse, in visibili specie apparens, prædicationis munus sibi demandasset, quod impius iste mentiebatur. Quapropter Romani & Hispani Inquisitores conciones quasdam & nonnulla alia eius opuscula, doctrinâ perniciosâ repleta, condemnauerunt. Nam, sicut ipse iam iam moriturus liberrimè confessus est, per vanitatem, & nimiam atque inordinatam inanis gloriæ & honoris cupiditatem seductus & excæcatus, prophetias & reuelationes istas falsissimas effinxit.

Sed vt feliciter tandem aliquando ad finem pertingamus, breuiter caput hoc sententia, ipsisque verbis S. Bonauenturæ *De processu* concludam, qui de hac eadem materia 7. *Relig. tractans*. Plurimi, inquit, seducuntur pu- *cap. 19.*

R 5 tantes

tantes spiritum esse, quod proprius spiritus fingerit, vel spiritus erroris suggererit, & ideo vaticinijs iam vsque ad fastidium repleti sumus de Antichristi aduentu, de signis appropinquantis iudicij, de destructione Religionis, de persecutione Ecclesiæ, de regnorum euersione, & varijs mundi pressuris, & alijs pluribus, quibus etiam viri graues & deuoti plusquã oporteat creduli extiterunt. Quæ etiam si vera essent & authentica, tamen Religiosi plurima inuenirent, in quibus fructuosius occuparentur.

Hæc D. Bonauenturæ verba sunt, ex quibus, sicut & illis quæ Gerson posteritati scripta eõmẽdauit, manifestè cognoscimus, per illusiones, fraudes, & fallitates istas, non nostro solum, sed omni tempore frequentatas, præclarissimos & deuotissimos quosdam viros miserabiliter fuisse deceptos; nihil autem tutius, vtilius, ac fructuosius esse, quàm vt veris & solidis virtutibus sedulo incumbentes, reuelationes & similes abusus diligenter censemus.

CONCLVSIO TOTIVS OPVSCV-  
 li, siue tractatus de Tribulatione, in qua de  
 immenso Dei erga nos amore, & nostra  
 erga ipsum ingratitude agitur,  
 pariterque ad Peniten-  
 tiam incitatur.

**E**Vsebius Cefariensis in historia sua  
 Ecclesiastica scribit, quòd Ecclesia, *Lib. 8 ca. 9.*  
 cum post plurimas & crudelissimas Ty-  
 rannorū persecutiones, in quibus multo-  
 rum millium Martyrum sanguine, quasi  
 regali purpura decorata & nobilitata  
 erat, pace & tranquillitate refoueri cœ-  
 pissent, paulatim etiam à virtute defe-  
 cerit, & perfectus atque mirabilis sancti-  
 tatis status debilitari cœperit ac dilabi.  
 Variæ namque inter Prælatos exurge-  
 bant & inualescebant passiones, vigebat  
 ambitio, fouebatur ira, regnabat inui-  
 dia, dominabatur vanitas, splendorem  
 vitæ Christiani amittebant, ipsumq; san-  
 ctitatis iubar, quod per molestias & tri-  
 bulationes varias acquisierant & conser-  
 uarant, densissima peccatorum caligine  
 obductum interibat: quare ad pri-  
 stinæ sanctitatis & splendoris renoua-  
 tionem, & grauissimorum istorum cri-  
 minum vindictam, permisit Deus Eccle-

R 6 *siam*

siam inaudita atq; inusitata Diocletiani & Maximiani Imperatorum crudelitate atteri & affligi. Ex quo haud difficile colligimus & cognoscimus, frequenter per pacem amitti ac perdi, quod bello comparatum, & dissipari vel consumi in statu prospero, quod in aduersitate accumulatum est: denique permittere etiam Deum nos affligi, vt per tribulationem purgemur & mundemur à peccatis prosperitatis tempore commissis. Quod si perpetuò nobis ante oculos obseruetur, vnicum miseriarum solatium, & laborum alleuiatio sit, necesse est; sicut experientia ipsa docet, dum modò attentè, & sedula quadam adimaduersione consideremus ac perpendamus diuersas & sinistras animi affectiones, quas calamitatis & felicitatis, tristitiæ item & lætitiæ tempore, de poena & tribulatione percipit. Quocirca quantò alacrius in necessitate nostra, ab hominibus pariter & creaturis omnibus derelicti ac depressi, ad Creatorem ipsum confugerimus, & quantò plenius & perfectius ei nos, nostraque omnia commiserimus, tantò vicissim familiarius & suauius nos amplexabitur & tractabit.

Adhæc etiam firmiter nobis credendū  
 (quæadmodū nōnulli quoq; Ethnicorū,  
 vti

veri luminis cognitione destituti, crediderunt) Deum omnia huius mundi, tam parua quàm magna, communia & singularia incomprehensibili & ineffabili sua prouidentia, prout sibi visum fuerit, & placuerit, disponere & gubernare, adeò vt nec capillus capitis nostri pereat, nec folium ex arbore decidat sine ipsius voluntate, & tantam totius vniuersi curam habeat, quantam omniū particulariū & rerum quarumlibet abiectarum; contra etiam tantum de musca, vel de alio quocunque minimo vermiculo sollicitus sit, quasi nihil aliud ei foret ad agendum & cogitandum. Quo tamen non negamus, quin peculiarem curam habeat generis humani, vt paulò post dicemus. Sed S. Gregorium sequimur, qui ait: Sic intendit Dominus singulis, ac si vacet à cunctis, & sic simul intendit omnibus, ac si vacet à singulis.

Nam sicut distinctio, varietas, decor, & foecunditas arboris procedit ex virtute radice, à qua sustentatur, ita vt minimum quodque folium, & tenerimus quilibet ramusculus à radice viriditatem & pulchritudinem suam recipiat: æquali ratione in maxima & admirabili hac arbore mūdi, nec quicquam tam paruum, exile, vile, vel abiectum est, quod non à

R 7

supre-

*Lib. 25. Moral. cap. 19.*

suprema diuinæ prouidentiae radice regatur ac sustentetur.

Et sicut Sol radijs suis illuminat lunam, & totum cælestium astrorum globum, & sicut tanta, tamque efficaci ac potenti pollet virtute, vt ad intima terræ præcordia penetrando, æs, aurum, argentū, gemmasque pretiosas generet, & in profundo maris margaritas, & mirabilia multa producat, ad eò, vt nihil penitus sit, siue paruum an magnum, pretiosum an vile fuerit, quod non de efficaci Solis lumine participet: simili planè modo, attamen maiori quadam excellentia, Deus verus Iustitiæ Sol illuminat, regit, & gubernat omnia, dat essentiam & vitam, dat vires & incrementum cunctis cæli terræq; creaturis, visibilibus simul & inuisibilibus; nec quicquam rerū creatarum, ita contemptibile est, quod non radiorum eius particeps sit, quodue ab ipso non regatur ac disponatur.

Præterea cura & sollicitudo Dei erga hominem tanta, tamque singularis & extraordinaria est, vt comparatione illius, nullam prorsus cæterarum animatarum inanimatarumue rerum curam habere videatur, iuxta illud Apostoli: *Nun-*  
*quid de vobis cura est Deo? Quemadmo-*  
*dum enim diligentius & sollicitè magis*  
*ipsum*

*1. Corint. 9. quid de vobis cura est Deo? Quemadmodum enim diligentius & sollicitè magis ipsum*

ipsum Regis Filium curamus, quàm vel famulos, vel equos eidem seruiantes, tametsi illorum etiam quasi Regiæ Maieſtatis ministrorum, haud paruum & negligentem curam geramus: sic quoque Deus tantoperè de nobis sollicitus est, vt reliqua omnia in vsum & ministerium nostrum procreata, nihil penitus aut flocci facere videatur.

Porro cum Deus tanta prouidentia quemlibet hominum gubernet, & tanta ipsi de omnibus cura sit, haud dubium est, quã maiori erga Christianos & Iustos sollicitudine afficiatur, quos cognitionis & amoris sui participes effectos, ex cunctis nationibus sibi in populum elegit, & in filios suos adoptauit verus Pater, & talis quidem Pater, qui omninò velit, exoptet, & iubeat se vocari Patrem, nulla prorsus habita ratione carnalium parentum, à quibus generati sumus. Qui licet secundum carnem parentes sint, nequaquam tamen amor eorum veræ, internæ, & infinitæ charitati comparari potest, qua nos misericordiæ pater cõplectitur.

Verum enimuerò, quia dilectio seu amor iste fortis & efficax est, idcirco Deus Pater dicitur: & quia dulcis, suavis, & amabilis est, hinc in Script. quoq; sac. ma



- ter appellatur, nec solum Mater, sed ipse etiam Dominus per Esaiam Prophetam ait: *Nunquid obliuisci potest Mulier infantem suum, vt non misereatur Filio vteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce, in manibus meis descripsi te.*
- Cap. 49.** Ideoque Propheta Regius inquit: *Pater meus & Mater mea dereliquerunt me: Dominus autem assumpsit me.* Et alibi Saluator:
- Psal. 26.** *Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos.* Et vt melius dulcissimum hunc paterni amoris sui in nos affectum declareret, dicit quandoque, quod is qui tangit
- Ioan. 14.** nos, tangat & pupillam oculi sui. Et iterum: *Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis eius spe-abis.* Alio item in loco, sanctos & electos suos, iuxta Hebraicam translationem, absconditos vocat, dicens:
- Zachar. 2.** *Abscandes eos in abscondito faciei tue, à conturbatione hominum. Proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum.* Ita vt non aliter cum illis agat Deus, atque Rex quidam cum homine quopiam, quem optimè ac diligentissimè conseruare, & custodire cupiens, non in palatium tantum, sed & in intimum conclaue introducit, vt perpetuò sibi assistat, & securissimus sit, non solum palatij parietibus; verum etiam ipsius Regis oculis munitus ac custoditus. Alibi Dominus inquit:
- Psal. 30.**
- Erit.

*Erit que antequam clament, ego exaudiam: Isaie 65.*  
*adhuc illis loquentibus, ego audiam.* Innumera penè alia S. Scripturæ loca sunt, ex quibus apertè & dilucidè magis declaratur & manifestatur singularis dilectio, cura, & sollicitudo Dei erga Electos.

Huiusce diuini iam dicti amoris natura & proprietates est, vt famulos suos verè ac syncerè diligat, curet, tueatur, protegat, atque defendat, & tanquam liberis suis charissimis benè eis consulat, & ad salutaria quæque perducatur: nec tamen minus eos reprehendere, punire, ac castigare intermittat, quò postmodum etiam quasi veri filij, & legitimi hæredes, capaces sint cælestium bonorum. Hanc autem poenæ & afflictionis acerbiter mitigat dulcedo amoris suauissimi Patris, vnde ait Propheta: *Vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.* ac si diceret: Domine, quando ægritudine & imbecillitate quadam affligis & visitas Iustum, id ipsum familiarissimè & lenissimè perficis, haud aliter, quàm si mundissimum & mollissimum ei sternas lectum, in quo securè ac placidè quiescat. Ita vt Deus ex parte officium adimpleat seueri Patris, corripientis & debilitantis filium: ex parte etiam expleat munus dulcissimæ, ac clementissimæ Matris, & sol-

*Psal. 40.*

& sollicitæ Custodis, refocillantis & cōsolantis infirmum. Quapropter oēs quot quot Dei filij censeri voluerint, certo sibi persuadeant pœnam pariter & consolationem de manu Domini, quasi de veri Patris dextera libenter ac gratanter esse suscipiendam, considerantes omnia ex vno eodemque paterni amoris affectu provenire.

Si ergò tanta Deo de quolibet Electorum suorum cura est; quali ac quanta sollicitudine aut anxietate ipsū erga vniuersam Ecclesiam affici arbitramur, quæ congregatio est omnium Christi fidem atque doctrinam profitentium, qui per totum terrarum orbem dispersi, eiusdem fidei vinculo vniti & constricti sunt, in qua omnes etiam Iusti & Sancti in terra existentes comprehenduntur? quocirca non immeritò Ecclesia sancta Catholica & orthodoxa dicitur, & maxima atque infinita SS. Angelorum eam custodientium ac defendentium multitudine circumdata est, & ipse Angelorum Dominus in medio eius versatur, qui etiam promisit se cum illa permansurum, vsque ad sæculi consummationem, nec portas inferni aduersus eam præualituras, eò quod fundata sit supra firmam petram

petram, & disposita velut acies ordinata.

Etenim cum Deus tanta prouidentia & sollicitudine Synagogam figuram solum & ymbra[m] Ecclesiæ administrauerit: cum etiam in tantum Israëliticum populum Dominus dilexerit, ut (sicut ait scriptura) *præcesserit eos ad ostendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: ut dux esset itineris utroque tempore.* Cum, inquam, hæc omnia Deus in gratiam rebellis ac duræ ceruicis populi, fecerit, quid non facturus erit in gratiam istius, quem S. Petrus genus electum, regale sacerdotium, gentem sanctam, & populum acquisitionis appellat? Itaque certo certius promittere & polliceri nobis possumus, Deum nobilissimum & dilectissimum sanctæ Ecclesiæ sponsum nihil omnino permissurum, quod non ad maiorem eius utilitatem sit prouenturum.

Et licet quãdoq; dormire & nostri obliuisci videatur, uti Dauid aiebat: *Exurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finem. Quare faciem tuam auertis, obliuisceris inopiæ nostræ & tribulationis nostræ?* certò tamē nobis persuadeamus, quod (sicut idem ait Propheta) *non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israël.*

In

In hoc igitur, alijsque similibus casibus necessarium fuerit, vt sanctissimæ ipsius voluntati nos conformemus, & à prauis vitæ nostræ vijs desistamus. nam si sedulò ea quæ nobis facienda incumbunt, perficiamus, diligenter quoque Deus ad nostram aduigilat defensionem: si verò ipsi peccatis & delictis nostris grauitè offenso terga vertamus, contra excubias agit in pœnam, perniciem, & perditionem nostram. Hinc Ieremias Propheta, virgam vigilantem vidit, vt sciamus Deum vigilare ad punitionem & correptionem peccatorum: quare si voluerimus, vt ipse manum suam à flagellatione & vindicta retrahat, oportet vt & nos pariter ab iniquitatibus resurgentes iniquum propositum nostrum deseramus.

Designat quoque vigilans Dei virga, vniuersas tam publicas, quam priuatas calamitates & miseras haud quicquam aliud fore, nisi iustus diuinæ virgæ, vigilantis super peccata nostra, nec prius cessaturam pœnam, quàm cessauerit culpa, quemadmodum elegantissimè ac præclarissimè D. Cyprianus attestatur, dicens: Indignatur ecce Dominus & irascitur, & quod ad eum non cõuertamini comminatur. Ecce irrogantur diuinitus  
plaga,

Cap. 1.

Ad Deme-  
trianum.

plagæ, & nullus Dei metus est. Ecce verbera desuper & flagella non desunt, & trepedatione nulla, nulla formido est. Quid si non intercederet rebus humanis vel ista censura; quanto adhuc maior in hominibus esset audacia facinorum impunitate secuta? Quereres, quod minus nunc tibi yberes fontes, & auræ salubres & frequens pluuia, & fertilis terra obsequium præbeant, quod non ita utilitatibus tuis, & voluptatibus elementa deseruiant. Tu enim Deo seruis, per quem tibi cuncta deseruiunt? Tu famularis illi, cuius nutu tibi vniuersa famulantur? Ipse de seruo tuo exigis seruitutem, & homo hominem parere tibi & obedire compellis; & cum sit vobis eadem fors nascendi, conditio vna moriendi, corporum materia consimilis, animarum ratio communis, æquali iure, & pari lege vel veniatur in istum mundum, vel de mundo postmodum recedatur: tamen nisi tibi pro arbitrio tuo seruiatur, nisi ad voluntatis obsequium pareatur; imperiosus & nimius seruitutis exactor, flagellas, verberas, fame, siti, nuditate, ferro frequenter, & carcere affligis, & crucias; & non agnoscis miser Dominum, Deum tuum, cum sic exerceas ipse in homine dominatum? Indignari se Deus dicit,

dicit,

dicit quod agnitio Dei non sit in terris,  
 & Deus non agnoscitur nec timetur. De-  
 licta mēdaciōrū, libidinū, fraudum, cru-  
 delitatis, impietatis, furoris, Deus incre-  
 pat & incusat, & ad innocentiam nemo  
 conuertitur. Fiunt ecce quæ verbis Dei  
 ante prædicta sunt, nec quisquam fide  
 præsentium, vt in futurum consulat, ad-  
 monetur. Inter ipsa aduersa, quibus vix  
 coartata & conclusa anima respirat, va-  
 cat malos esse, & in periculis tantis non  
 de se magis, sed de altero iudicare. Indi-  
 gnamini indignari Deum, quasi aliquid  
 boni malè viuendo mereamini, quasi nō  
 omnia ista, quæ accidunt, minora adhuc  
 sint & leuiora peccatis vestris. Qui alios  
 iudicas, aliquando esto & tui iudex, con-  
 scientiæ tuæ latebras intuere, imō (quia  
 nullus iam delinquendi pudor est, &  
 sic peccatur, quasi magis per ipsa pecca-  
 ta placeatur) qui perspicuus & nudus à  
 cunctis videris, & ipse te respice. Aut n.  
 superbia inflatus es, aut avaritia rapax,  
 aut iracundia sæuus, aut alea prodigus,  
 aut vinolentia temulentus, aut liuore in-  
 uidus, aut libidine incestus, aut crudeli-  
 tate violentus; & miraris in pœnas gene-  
 ris humani iram Dei crescere, cū crescat  
 quotidie quod puniatur; Hostē quereris  
 exur-

exurgere, quasi, & si hostis desit, esse pax  
 inter ipsas togas possit. Hostem quere-  
 ris exurgere; quasi non, etsi externa de  
 barbaris arma, & pericula comprimantur,  
 ferocius intus & grauius, de calum-  
 nijs, & iniurijs potentium ciuium, dome-  
 sticæ impugnationis tela grassentur. De  
 sterilitate aut fame quereis; quasi famē  
 maiorem siccitas, quam rapacitas faciat,  
 quasi non de captatis annonarum in-  
 crementis, & pretiorum cumulis, fla-  
 grantior inopiæ ardor excreseat. Quere-  
 ris cludi imbribus cælum; cum sic hor-  
 rea cludantur in terris. Quereis minus  
 nasci; quasi, quæ nata sunt, indigenti-  
 bus præbeantur. Pestem & luem crimi-  
 naris; cum peste ipsa & lue vel detecta  
 sint, vel auerta crimina singulorum; dum  
 nec infirmis exhibetur misericordia, &  
 defunctis auaritia inhiat ac rapina: Ij-  
 dem ad pietatis obsequium timidi, ad  
 impia lucra temerarij, fugientes mori-  
 entium funera, & appetentes spolia mor-  
 tuorum; vt appareat in ægritudine sua  
 miseris ad hoc forsitan derelictos esse,  
 nec possint, dum curantur, euadere.  
 Nam perire ægrum voluit, qui censum  
 pereuntis inuadit. Tantus cladiū terror  
 dare non potest innocentæ disciplinā; &  
 inter

inter



inter populum frequenti strage morientem, nemo considerat & se esse mortalem. Passim discurretur, rapitur, occupatur. Prædandi dissimulatio, nulla cunctatio, nulla formido est. Quasi liceat, quasi oporteat, quasi ille, qui non rapit, damnum & dispendium proprium sentiat; sic vnusquisque rapere festinat. In latronibus est vtcunq̄ aliqua scelerum verecundia, auias fauces & desertas solitudines deligunt, & sic illic delinquitur, vt tamen delinquentium facinus tenebris & nocte veletur. Auaritia palam sæuit, & ipsa audacia sua tuta, in fori luce abruptæ cupiditatis arma prostituit. In de falsarij, inde venefici, inde in medicitate sicarij, tam ad peccandum præcipites, quàm impunè peccantes. Anocente crimen admittitur, nec innocens qui vindicet, inuenitur. De accusatore vel iudice metus nullus. Impunitatem consequuntur mali, dum modesti tacēt, timent conscij, veniunt iudicaturi. Et ideirco per Prophetam diuino spiritu & instinctu rei veritas promitur, certa & manifesta ratio monstratur; Deum posse aduersa prohibere, sed ne ille subueniat, merita peccantium facere: Nunquid, ait, non valet manus Dei, vt saluos vos faciat, aut grauauit aurem, vt non

Isaie 59.

exau-

exaudiat: Sed peccata vestra inter vos & Deum separant. Et propter delicta vestra auertit faciem suam à vobis, ne misereatur. Peccata itaq; & delicta reputentur, conscientiae vulnera cogitentur, & desinet vnusquisq; de Deo vel de nobis cōqueri, si quod patitur, intelligat se mereri. Hucusque D. Cyprianus.

S. Ecclesiae Doctor Hieronymus calamitates sui temporis, & Romani Imperij destructionem per Gothos & Vandalos eodem saeculo factam, deplorans, ait: Romanus orbis ruit; & tamen ceruix nostra erecta non flectitur, olim offensum sentimus, nec placamus Deum. Nostris peccatis Barbari fortes sunt, nostris vitijs Romanus superatur exercitus; & quasi non haec sufficerent cladibus, plus penè bella ciuilia, quam hostilis mucro consumpsit. Miseri Israëlitæ, ad quorum comparationem Nabuchodonosor seruus Dei dicitur. Infelices nos, qui tantū displicemus Deo, vt per iram Barbarorum illius in nos ira defæuiat. Ezechias egit pœnitentiam, & 185. millia Assyriorum ab vno Angelo, vna nocte deleta sunt. Iosaphat laudes Domini cōcinebat, & Dominus pro laudante superabat. 2 Para. 17. Moyses contra Amalech non gladio sed oratione pugnavit. Si erigi Exodi. 17.

S  
volu-

*In Epitaphio Nepotiani.*

*Jeremia 25*

*Isai. 37.*

*2 Para. 17*

*Exodi. 17.*

*Isaia 30.*

volumus, prosternamur. Prô pudor, & stolidâ vsque ad incredulitatē mens: Romanus exercitus, victor orbis & Dominus, ab his vincitur, hos pauer, horum terretur aspectu, qui ingredi non valent; qui si terram tetigerint, se mortuos arbitrantur. Et non intelligimus Prophetarum voces: Fugient mille vno persequente? Nec amputamus causas morbi, vt morbus pariter auferatur; statimque ceruicibus sagittas pilis, tiaras galeis, caballos equis cedere.

Hæc S. Hieronymi verba apertè & manifestè indicant ac docent, omnes quascunq̃ sustinemus tribulationes, calamitates, & miserias, non esse aliud, quàm pœnas & correctiones peccatorū, ad quas euitandas nullum melius, nullumq̃ certius remedium superest, quàm vt commissâ deflentes, & vitam sedulò emendantes, dignis pœnitentiâ operibus, iustam Dei iram placemus, extinguamus.


FINIS.

*Solis J. W. Paderb.*  
*Typis Ioannis Christoph. B.*


or, &  
mens:  
Do-  
orum  
lent;  
arbi-  
heta-  
equē-  
i, vt  
e cer-  
, ca-

rtē &  
mnes  
ones,  
aliud,  
atorū,  
, nul-  
t, quā  
edulō  
eo.















Th  
2937